& fit ꝯtributio: alſ ſecus ar. huius. §. Aut utraq; erat æqualiter graua-
ta, & fruſtra q̄ritur de ꝯtributione, q̄a ſiue fiat, ſiue non, nullus eſt ef
fectus. Vbicunq; aūt dixi, ꝯtributionem legatorū fieri, intelligit̄ qñ
portio deficiens accreſcit cū onere: alias fieret ꝯtributio bonorū,
non legatorū, ſm ea q̄ dixi uobis in l. q̄ ꝯdō. ſ. ti. j. Quarto caſu, qñ ꝑ
ius non decreſcēdi, fit ꝯtributio bonorū, ut ſ. non legatorū, q̄a nō
debent̄, cum non tranſeant, ut C. de cad. tol. §. ſin aūt ad deficientis.
ſ. ti. 1. l. ſeparatim. Quinto caſu, qñ iure ptātis, uel dñij, diſtingue eo
dem mō quo. ſ. Aut accreſcit grauata grauatæ, aut eꝯ ut ſ. e. l. ſi pu-
5 pillus. §. 1. & l. maritū. in prin. ¶ † Quarto quæro, q̄d qñ teſtator fe-
cit duos gradus. ſ. inſtitutū, & ſubſtitutum uulgariter, ad quē ueniūt
bona ex ſubſtōne uulgari? Et dic, ꝙ ſi erat ꝯſtitutus in ptāte inſtituti
tūc ſi inſtitutus omiſit uoluntariè ut deueniret ad ſubſtitutū non ē
locus ꝯtributioni: aliàs ſecus ut colligit̄. ſ. ſi q̄s omiſ. cau. teſt. l. Iulia-
nus. & ſ. e. l. Neſennius. §. 1. Si uero eſſet unus tm̄ ex̄neus ſubſtitutꝰ,
tunc ſine dubio fit ꝯtributio, q̄a ab unius ꝑſona incipit. ſ. ea. l. §. qui
filiū. Si uero cohæres fuit ſubſtitutus cohæredi, tunc dic ut ſ. e. l. j.
§. id qđ ex ſubſtōne & ſ. ea. l. §. qui filiū. Prædicta uera ſiue ſit uulga
ris exp̄ſſa ſiue tacita, ut hoc. §. ſm unam lec. Si uero uni ſint ſubſti-
tuti plures, tunc in ſingulis poneret̄ rō legis falc. ut ſ. e. l. in ſingulis.
6 & ar. ſ. e. l. ī ratione. §. ſi filio. ¶ † Quinto q̄ro, quid ſi aliq̄s ſubſtituit
pupillr̄ filio exhr̄dato? Rñ. aut ſubſtituit filio illum quē ſibi inſtitue
rat, aut extraneū. Primo caſu, aut reliquit in inſtōne legata ab īſtitu-
to & ſubſtituto, & fit ꝯtributio bonorū & legatorum ut ſ. e. l. in rō
ne. §. fi. Aut reliquit ab inſtituto tm̄ & tunc non fit ꝯtributio bono
rū ut ſ. ea. l. §. ꝙ ſi ex̄nei. Aut ſubſtituit ex̄neū, & eo caſu quo legata
7 ualent fit ꝯtributio ut ſ. ꝓxi. §. ¶ Sexto q̄ro, † q̄d ſi ſubſtituit pupil-
lariter filio inſtituto? Rñ. aut ſubſtituit cohr̄dem aut ex̄neū. Primo
caſu, aut a ꝑſona ſubſtituti nulla fuerūt relicta legata, & tūc non fit
ꝯtributio bonorū, nec legatorū: q̄a teſtator non vr̄ de ꝯtributione
cogitaſſe ut ſ. ea. l. §. q filium. & no. ꝑ Dyn. in l. in rōne. §. q̄ſitum. ſ.
e. Aut ab illo ſubſtituto reliq̄t legata, & tunc, aut hr̄ditatē patris nō
adiuit: ſed pupillarē, & non fit ꝯtributio. l. ſi filius. in fi. ſ. de uulg. &
pu. Aut hæreditatē patris adiuit, & tunc, aut q̄ris de legatis relictis a
pupillo in inſtōne, & a ſubſtituto in ſubſtōne, & fit contributio, ut
in §. q̄ſitū. Aut quæris de relictis ab utroq;, & tunc, aut accedit por
tio non grauata grauatæ, & fit ꝯtributio ut in §. q̄ſitum. Aut graua
ta grauatæ. & fit ꝯtributio ut l. cohr̄di. §. cohæres. ſ. de uul. & pup.
ſubſt. Quod intelligo q̄tum ad hoc onus, ut altera legata ꝑ adiectio
nē aliorum bonorū augeant̄, & non minuant̄ ut no. in d. §. q̄ſitum.
Secundo caſu, qñ ſubſtituit extraneum, aut ſubſtituit unum uni, aut
unum plurib. aut plures uni, aut plures plurib. Primo caſu, locus eſt
ꝯtributioni bonorū & legatorum ut in §. qđ uulgò. & l. in duplicib.
ſ. e. Dices tu, certe non vr̄, qđ fiat contributio bonorū: ſed inſpiciā
tur ſola bona quæ pr̄ ipſe reliquit, non q̄ habuit pupillus d. l. in du-
plicib. ut ſ. in §. qui filium. in fin. §. Certe imo dico, qđ bonorū filij
fit contributio. d. l. ſi filius. in fi. ſup. de uul. & pup. & l. rōne. §. quod
uulgo. Et illas leges q̄ dñt de bonis q̄ pater reliquit tpe mortis, intel
ligo, reliquit. ſ. de bonis ſuis, uel pupilli. Scđo caſu, qñ ſubſtituit unū
plurib. & tunc, aut ſeparatim, aut ſimul. Si ſeparatim, & tunc, aut ſuc
cedit uni tm̄, & tūc habet locum. §. quod uulgo, ſicut qñ ſubſtituit
unum uni. Aut ſuccedit ambob. & fit contributio. l. pater filiam. §.
fi. 1. rñ. ſm unum intelſm. Si ſubſtituit ſimul, aut oēs ſimul deceſſe-
runt, & ſic ambobus ſuccederet iure directo, & fit contributio. d.
§. fi. 1. rñ. ſm alium intellectum, aut deceſſerunt ſeparatim, & ſic uni
ſuccedit directo, alteri per indirectum, et non fit contributio. ut d.
§. fi. 2. reſpon. Tertio caſu, qñ ſubſtituit plures uni, tunc in cuiusli-

bet

BUAH

bet pſona hr̄ p ſe rō legis falcidiæ, vel ex pſona uel facta ɔtributio-
ne relictorū à ſe, & relictorū à pupillo, prout tangūt eū ut s̄. eo. l.
in rōne.§.ſi filio,& l. ſi is q quadringenta.in prin. Quarto caſu, qn̄
ſubſtituit plures pluribus, & tunc in ſingulis hr̄ rō legis Falcidiæ,
8 ut s̄.eo.l.in ſingulis,& d.l.in rōne.§.ſi filio.¶†Septimò q̄ro, quid
de ſubſtōne exemplari? Rn̄. idē qđ in pupillari, qa modicū differt
9 ab ea.l.humanitatis.C.de impu.& al.ſubſti.¶†Octauò q̄ro, qd de
breuiloqua,& ɔpēdioſa? Br̄, ſiue euenit caſus pupillaris, ſiue vulga-
10 ris, rn̄ſionē hēs ex p̄dictis, vt ꝓbat.s̄.ea.l.§.q filiū circa.fi.§. ¶†No
nò q̄ro, qd de ſubſtitutione fideicōmiſſaria, vbi legata ſunt relicta
ab inſtituto,& à fideicōmiſſario, an ſit locus ɔtributioni? Certè fi-
deicōmiſſarij ex ſua pſona Falcidiā nō detrahēt, vt.s̄.eo.l.lex Falci
dia.§.nunq̄.& non eſt locus ɔtributioni. Caſus eſt.j.ad Treb.l.fa-
cta.§.ſi ſuſpectā.Fiet ergo hoc mō, qa prius ſoluent legata relicta
ab inſtituto, tūc de reſiduo qđ ꝑuenit ad fideicōmiſſariū fiet ſolō
11 aliorū legatorū ꝓut poterit, arg.s̄.e.l.Neſennius. §. j. ¶† Vltimò
a hęcª mā p̄t induci in ar.ad q.Factū eſt ſtatutū nuꝑ hic, ꝙ quicunq;
eſt allibratus in quingētis libris, uel abinde ſupra teneat mutuare
Cōi centū florenos ꝓ emēdo frumēto: ex hoc inſurgūt duo dubia
Primū eſt, Aliqs ſuccedit cuidā ſuo ɔſanguineo, in libro cōis repe
riunt libre diuiſæ, nec aſcēdūt ſeparatim dictā ſummā: ſed ſi ſimul
miſceant aſcēdunt: q̄ro, an dēat fieri ɔtributio ſine cōmiſtione? Se
cundū dubiū eſt, Plures filij ſuccedūt uni patri cuius libra aſcendit
dictā ſummā, nec eſt facta diuiſio libræ, an debeat dicta libra ɔſide
rari in ſingulis pro rata, an in oīb. ſimul? Ad primū vr̄ ꝙ ſeparatim
dēt ɔſiderari ut.s̄.e.l.j.§.ſi cohr̄dē.Facit.s̄. de iuriſd.om.iud.l.ſi idē
cū eodē. Ad idē.s̄.quib.mod.pig. vel hyp.ſol.l.fi.In ɔ̄riū facit.s̄.de
pac.l.ſi plures,& oēs leges.s̄.alleg.q̄ dn̄t ɔtributionē fiendā. Sol.Di
co ꝙ ſi qdē ordinamētū fuit factū anteq̄ ille ſuus ɔſanguineus dece
deret, & ſic onus cœpit eo viuo, & ſic cēſebunt duo p̄rimonia, ut
d.§.ſi cohr̄dē.& d.l.fi.s̄.qb.mo.pig.uel hyp.ſol. Aut fuit factū ordi
mētū poſtq̄ ille ſucceſſerat,& tūc totū dicat una libra. Iā.n.p̄rimo
nia cęperāt eſſe iūcta.l.ſed ſi plures.§.filio.s̄.de vul.& pup. & totū
onus cęperat in pſona hr̄dis ſuccedētis: ergo &c.ut s̄.ea.l.§.q filiū.
ubi ꝓbat hæc diſtīctio. Nō ob.l.ſi idē cū eodē, qa ibi q̄libet cā facit
ſeparatim iudiciū: ſʒ hic q̄libet libra nō facit ſeparatim p̄rimoniū,
ſed unū p̄rimoniū cœpit eſſe. Ad ſm rn̄deo & vr̄ ꝙ oēs dicant hr̄e
unā librā.ut s̄.de exc.tut.l.tria onera.In ɔ̄riū vr̄, ꝙ ī ſingulis ponat
rō p ſe vt s̄.eo.l.ī ſingulis. & qa hoc onus ſicut cętera alia onera di
uidit p l.12.tab.& iſtud vr̄ ut ī l.fi.§.pe. de bo. dam. ubi vr̄ caſus, &
ibi Dy.tāgit. Non ob.l.tria onera.qa ibi ɔſiderat labor ex parte tu
toris, qa nō multiplicat ex pluralitate pſonarū patrimonio exiſtēte
indiuiſo: hic uerò īſpicit onus reſpectu ipſorū filiorū ſuccedētiū,
& qlibet tm̄ poteſt patrimonio exiſtente indiuiſo ſicut diuiſo &c.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Vltimò hæc. Et uide Pe.in c.Apoſtolicæ.de do.q trāſit cū Io.de Imo.

LEX LXXXVII.

1 *Clauſula, hoc legatum præſtari uolo integrum ſine diminutione, appoſita in legato quid operetur.*

2 *Falcidia quando ceſſat in uno legato ex diſpoſitione teſtatoris hæres non oneratur, ſed certi legatarij.*

Qui quadringenta. Si perplexitas ɔtingat ex acci-
dēti p̄ter teſtōris ꝓpoſitū ſm
mētē teſtoris dirimit.h.d.Op.primò de prin.ad ver.qd ergo dice-
mus.Sol.Hoc ɔtingit ex p̄ſumpta uoluntate defuncti. Opp. de l.ſi
Titius.s̄.de ɔdi.inſti.Sol. Hæc ꝑplexitas ɔtingit p̄ter voluntatē de
functi: in lege ɔ̄ria teſtōr uoluit perplexitatem facere, ideo nō ua-
let.Opp.s̄.ti.j.l.pe.Sol.Conditio rr̄ nō pōt diuidi. Fallit qn̄que, vt
1 ibi dixi.& in l.cui fundus,& plene in l.pe.de ɔdi.inſer.¶†Vltimò
ſcias ꝙ per hanc l.dixi ꝙ cū teſtōr in uno legato adieciſſet ſic, uide
licet, hoc aūt legatū uolo p̄ſtari integrū ſine diminutione, in alijs
hoc non adiecit, ꝙ iſta uerba hoc importēt ꝙ illud, ꝙ deberet mi-
nui de dicto legato, hr̄s ſuppleat de legatis alijs, ut hic patet quo ca
ſu rō ineunda erit per eū modū, qui no.in l.ſi in teſtō.s̄.eo. Et hoc
intelligo ſiue legatū minuatur per Falcidiā ſiue ꝑꝑ facultatum de-
fectum ut l.in quantitate.§.fi.s̄.quia eſt eadē rō. Et no.bene ex hac
2 l.ꝙ † qn̄ falcidia ceſſat in uno legato ex diſpōne defuncti, non one
rat hæres defuncti, ſed cæteri legatarij. Dixi in l.ex aſſe.ſupra eo.

1 *Fructus, et uſuræ perceptæ ex re legata, uel quantitate, indicio teſtatoris conditione pendente, in falcidiam imputentur.*

2 *Perceptū ex re legata p hr̄dem ex eius induſtria, nō imputat in falcidiā.*

§. Qui ducenta. Iſte eſt de difficilioribus §§. Infortiati,
& eſt clarus in tex. ſed gl. facit eū diffi
cilē recitādo opiniones.& h.d. Vſuræ quæ pendente ɔdōne perci
piuntur de quantitate legata in legem Falcidiā imputant, & quod
deeſt, ab oībus legatariis pro rata ſuppletur. h. d. Diuiditur in tres
partes ſm uerum intellectū. Primò, ponitur thema & qō. Secūdò
ibi legis Falcidiæ rō, recitat opi.quorundam. Tertiò ibi, quod mi
nimè, loquitur de reprehendendo opi.illorū,& ſoluit q. Pone ca-
ſum ſm Dy.in tex.ibi, reciperet, ſubaudi, quærit qualr̄ ponēda ſit
rō.l.Falcidiæ.In ver.legis Falcidiæ ratio. Vera lectura huius ver.eſt
lectura Azo.& illā tenet Dy.In ver. qđ minimè.hic tenet Dyn.ꝙ
1 eſt vera opi.Io.dr̄ hic,† ꝙ fructus percepti,& iſtæ vſuræ cōputan
tur in quartā.Cōtra.s̄.eo.l.in rōnem. 2.in prin. Huius ɔ̄rij timore
quidā recedunt ab opi. q̄ tenui, & uide gl.in verb.efficiēt quinque
q̄ incipit, in cuiuſq; ibi, dic ergo, & ſic antiq fatent ɔ̄riū, & ꝙ text.
dicit hic, ab utroq; .i.ab utrolibet. Sed iſta eſt ɔ̄ tex.iſtū, ibi, ambo! .
& ibi 25.ɔferre debeamus.& ibi ab utroq;.Et hoc Dyn. collectiue
accepit, nō ergo à quolibet. Legit ergo alr̄ Io.uide d.gl.ibi, uel ſm
Io.& ibi, hoc tn̄ corrigit,&c.eſt opi.Iuriſcōſulti. Et qđ s̄.dixit Io.
nō vr̄ bn̄ dicere, inquantū recitat opi.antiquorū, qa nō dicit tex.ꝙ
ꝓut uni tm̄, imo ambobus, ꝙ ambo debēt ɔferre. Et ibi, hoc tn̄ cor
rigit.eſt ɔ̄ d.l.in q̄titate.§.magna.& l.ī rōne.in prin. & ſic remanet
ɔ̄riū, iō uide opi. Azo.& gl.in uerb.qđ minimè, q̄ īci.ſ. ꝙ ego ibi,
tu dic ſm Azo.ibi qđ falſum eſt, uſq; hic Dy.ɔ̄ & bn̄, in alijs nō. Et
lectura Azo.eſt uera, dū recitat primā opi.antiquorū ſed opi. ſua ī
ſcđa recitatione nō eſt uera, qa tex.dicit, ꝓ rata,& nō æqualr̄, & ſic
in hoc ſcđo corrigit primā. In tex.nō in alio, in ultimo, ergo eſt ue
ra opi.Io. Ad ɔ̄riū rn̄de, ut ad l.ī q̄titate. & ad l.in rōne.qa aliud in
fructib.ut ibi, aliud in uſuris, ut hic, uide in gl. iſta ibi, itē no. aliud,
2 &c.Sed ſol.Io.nō eſt uera, licet opi.ſic.Sol.ergo,† ꝙ fructus,& uſu
ræ ꝑceptæ ex re uel q̄titate legata iudicio teſtōris, pēdēte ɔdōne,
in Falcidiā imputant. Vel dic in uſuris hic,& in l.in q̄titate. s̄. e. &
in fructib.l.qđ de bonis.§.fructus.& l.Paulus.§.j.s̄.e.Cōtraria ergo
loquūtur de fructib.ꝑceptis aliūde, q̄ ex re legata. ¶ Hic eſt alia gl.
ſuper uerb.partib. q̄ incipit Io.dicit. & iſta nō fuit opi. Io. q̄ hic in
gl.ponit, ut patet ex prima glo.mag.& iō iſta ſunt erroneè ſcripta.
Vel dic, ꝙ Io.legit utroq; mō. Tu tene opi. q̄ dixi in poſitione ca-
ſus.Op. & vr̄, ꝙ nō ɔputet in Falcidiā iſtud ꝙ ex ſua ꝓuiſione hr̄s
ɔſeqtur.l.3.s̄.e.Sol.hoc ītellige de his, q̄ à quolibet fuiſſent ꝑcepta:
ſecus ſi ex induſtria hr̄dis tm̄ fuiſſent ꝑcepta. ¶ Quærit glo. quid ſi
hr̄s nō ꝑcepit? Certè dicit gl.& bn̄, ꝙ nō ɔputātur ī Falcidiā, ſʒ ęſti
mat min⁹ legatū, ut l.ī lege falcidia nō hr̄.s̄.e.Sed qd hodie, ubi uſu
ræ non percipiuntur, qd de ɔmodo medij tpis? in l.ꝓxima dicam.

LEX LXXXVIII.

1 *Legatum alimentorum factum certæ perſonæ, non dicitur factum ad pias cauſas ſecus ſi pauperibus.*

2 *Pecuniæ relictæ ad alimenta, ut ponantur ad uſuras, & inde alimenta percipiantur, qualiter hodie fiat.*

Diui ſeuerus. Notabilis lex eſt iſta,& h.d. legatū alimen-
torū defalcatur ꝑ Falcidiā.h.d.Opp.C.eo.
auth.ſi mulier.Sol.Aliud ī relictis ad pias cās,& aliud ī alimētis. Et
1 ſic hēs, ꝙ † legatū alimētorū factū certæ pſonę, nō vr̄ factū ad pias
cās, ſʒ ſi cēt relictū paupibus, eſſet factū ad pias cās.l.ſi qs ad declinā
2 dā.C.de epi.& cle.¶†Quæro, qualrª fiet hodie, cū n̄ ſint licitę vſu
a ræ. Br̄ credo, ꝙ dēt dari apud mercatores,& interim ꝑcipiat ille q̄-
ſtus, q honeſtè poſſet ꝑcipi, ut in ſimili ex̄.de do.inter uirū & vxo.
c.ꝑ vr̄as. Et idē dicerē ubicūq; ponit de pecunia, ꝙ dēt intelligi de
commodo quod honeſte poſſet percipi, ſm dictum c.per ueſtras.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Qualiter.pondera qūo pōt dari ad honeſtū lucrū, primo uſuræ ſunt ꝓhibitæ, ut in cle.1.de uſu.& in auth.de ecc.tit.§.j.& 2.d. c. per vr̄as. loquitur in dote, ex qua ſunt ſuſtinenda onera matrimonij, non loquitur in pupillo. Tertiò Io.And.ibi dicit ꝙ mercator debet cauere de ſaluando capitale, quod dictum eſt dubiū. Item ibi alia rō q̄ non habet locum in pupillo. Item ille tex.intelligit ēt de dāno, ut dixit Bal.in l. j. C. pro ſoc. ¶ Qūo ergo pōt intelligi iſtud dictū Bar.& uide Lud.Ro.in conſi.27.inci.uiſa facti ſerie. conſi. 137. ſi pecunia pupilli debeat dari ad uſuras.& in conſi.187. & uide Bar.in l. tutor qui. §. ſi poſt depoſitionē.de admi.tut.ubi loquitur de pecunia pupilli.Ro.in conſi. 26. aliàs 27.& uide Pet.de Anch.& Mod. in c.cōqueſtus.de uſur. ubi dicunt ꝙ tutor debuit ponere pecuniam ad commodum pupilli, ideo tenetur ad uſuras. & uide Rom.ɔſ.118.139.Soc.ɔſ.2.3.dub.lib.1.Gram.Deciſ.103.Boer.q.349. PAN.

LEX LXXXIX.

Si hæres. Qui repudiat id, quod quartam minuit, quartam non deducet.h.d.

LEX XC.

1 *Trebellianicæ iura, an & quando in falcidia locum habeant, & nu.4.*

2 *Pecunia, quam capit hæres ex teſtamento, quādo imputatur in Falcidiā.*

3 *Falcidiæ quæ imputantur.*

5 *Trebellianicæ, quæ imputantur.*

6 *Falcidiæ quare ſolū imputat ꝙ iure hr̄ditario capit, ſecus in Trebellianica,*

7 *Legata particularia ſi ab eodē hærede ſunt præſtanda, & fideicommiſſum vniuerſale, omnia imputabuntur in quartam.*

8 *Ratio differentiæ inter corpus hæreditarium, & pecuniam, uel nō corpus hæreditarium.*

9 *Trebellianica, uel Falcidia quando poſsit in una re tantum detrahi.*

10 *Legitimæ quæ imputantur.*

*Accurſus quando emancipauit do. Fran.uoluit ꝙ datum cauſa emancipationis imputaretur in quartam.*

11 *Falcidiæ, quare quod capitur extra teſtamentum, non imputatur, nec trebellianicæ, ſed legitimæ ſic.*

12 *Pater ſi dedit filio emancipato ut cōputaret in quartā, & decedat filius cū filijs, antequā pater, an iſti filij, & ſic nepotes computent in quartā.*



BUAH

*Dos data filiæ p patrē, an cōputetur filijs filiæ q deceſſit uiuo pr̄e, et ſic ne potibus, in quartā, prout filiæ dēret imputari. et in utraq; cōcludit ꝙ ſic.*
*Quartæ quicquid confertur imputatur.*
13 *Legitima filij per quos ſuppleatur, quando eſt relicta minus quarta.*
14 *Filius ſibi imputat in legitimam, quod ad eum peruenit ex ſubſtitutione directa, uel per fideicommiſſum: ſecus ſi legatario eſſet ſubſtitutus.*
15 *Filius quando imputet ſibi in legitimam id, quod peruenit ab inteſtato.*

In quartam. Primò, loquiť de quarta iure inſtitutionis. Ibi, ſi qd fideicōmiſſaria, de quarta Trebellianica. Ibi, ſi qd uerò, redit ad primū, & determinat quandā qōnē, & loquiť de quarta inſtitutionis iure, & breuiter h.d. In falcidiā im
1 putatur † quod iure hr̄ditario capitur, ſed in Trebellianicā imputatur quicquid quocunq; iure iudicio defuncti uniformiter capiť: id verò, quod difformiter, hoc eſt partim iure hr̄ditario, partim alio capiť, pro parte hr̄ditaria tm̄ imputať. h.d. Primo opp. ad falcidiā debitā iure inſtitutionis. Hic vr̄ dici, ꝙ ea, q non capiunť iure legati, uel fideicommiſſi imputanť in Falcidiā: ſed ɔ̄. C. eo. l. pat. r filiā. in prin. Sol. ibi non capiť aliquo pdictorū iuriū: ſed nec iure hæreditario, qd̄ hæc lex requiriť: nec ex teſtō, ideo non imputať in Falcidiā. ¶ Scdō opp. ſ. eo. l. cū quo. §. fi. Sol. licet ibi nō capiať ex teſtō: tn̄ diſpoſuit teſtator inter uiuos, hac mente, ut imputetur in quartā: & hoc fuit actū tacitè, uel expreſſè, ut ibi patet, & j. de bo. lib. l. ēt ſi ius. §. ſed & ſi nō mortis. Tertiò opp. ſ. eod. l. Neſennius, in prin. & j. eo. l. filio. ubi plegata cōputantur in Falcidiā. Sol. Qn̄ quis accepit à cohærede plegatū, licet ſm̄ rigorē iuris ſibi non imputeť in Falcidiā, tn̄ de æquitate doli exceptione ſeu replicatione repelliť: & ei à quo accipiť legatū, prodeſt ad Falcidiā minuendā, vt in ɔ̄rijs. ¶ Quartò op. & vr̄ ꝙ ēt alijs proſit, d. l. Neſennius. §. planè. Sol. Non prodeſt alijs prælegatū, ut minuat quartā ab eis detrahendā: ſed in hoc prodeſt, qa vr̄ quartā detraxiſſe de legato cohæredis. ¶ Quintò opp. & vr̄ ꝙ ēt alijs proſit, ſaltē pro ea parte, q̄ habet iure hr̄ditario, ut j. tit. 2. l. deducta. §. numis. & ſ. e. l. id aūt. 2. rn̄. Sol. Fateor, ꝙ qn̄ plegat corpus hr̄ditariū, ꝙ hæreditaria portio cōputať oībus in Falcidiā, ut in ɔ̄rijs, alię portiones nō. ¶ Sextò opp. & vr̄ ꝙ non portio hæreditaria, ſed quarta hr̄ditariæ. ut ſ. eo. l. Titia.
2 Sol. ibi † loquiť de Trebellianica: tn̄ idē credo debere dici in Falcidia, qa aut detrahit de uolūtate teſtatoris, & tunc quartā hr̄ditariç. Aut ɔ̄, vel pter uoluntatē, & tūc hr̄ditaria totā. hoc tenet gl. in ver. à cohærede. ſ. eo. l. Neſennius. in prin. & Dyn. ¶ Septimò opp. & vr̄ ꝙ totū cōputeť. l. cū pr̄. in prin. ſ. de leg. 2. & d. l. deducta. §. numis. Sol. gl. in hoc uariant. Nā. ſ. eo. l. id aūt. in ver. pro ſua parte dicit, ꝙ hoc eſt verū, qn̄ capiť pecunia à cohærede, qa tota pecunia vr̄ capi iure hr̄ditario. Id aūt, qd̄. ſ. dixi, logť qn̄ corpus hr̄ditariū: ſed hic dicit ɔ̄riū, ꝙ ēt pecunia nō cōputeť in falcidiā, niſi p parte hr̄ditaria. Tu dic ſm̄ Dy. ꝙ aut hr̄di legať pecunia a cohærede, uel à ſubſtituto, & tūc tm̄ pars capiť iure hr̄ditario, & iſta pars imputať in Falcidiā, ut hic, in tex. & gl. & hoc cū dat pecunia hr̄ditaria: aliàs ſecus, ut ſ. eo. l. Falcidia interuenire nō pōt. Aut ipſemet hr̄s eſt iuſſus pecuniā ſibi deducere, uel detrahere, & tūc tota capiť iure hr̄ditario, & tota cadit in Falcidiā, ut i legibus ɔ̄rijs, & l. qd̄ aūt. ¶ Octauò opp. ſ. eo. l. ſi a me. ubi de fundo hæreditario nihil imputať in Falcidiam. Sol. ibi nihil ex illo fundo tenebať iure hr̄ditario: iō. &c. ut ibi patet. ¶ Nonò opp. ſ. eo. l. qd̄ aūt. in fi. Sol. Ibi teſtōr hoc expſſit. ¶ Decimò opp. ad fi. legis. d. l. qui fundū. in prin. ſ. eo. & l. ſi dignū. Sol. relictis alijs ſolonibus quas gl. ponit in d. l. q fundū. hic datť in uim ɔdōnis, & iō nō computať in falcidiam, in ɔ̄rijs dat noīe ptij, & iō ſuccedit loco rei, meritò vr̄ hr̄e iure hr̄ditario, iō imputať in falcidiā. Sed ɔ̄ hoc inſtať, qa vr̄ ꝙ ſaltē ei, qui dat cā ɔdōnis implēdæ, ɔdō debeat proficere. d. l. Neſennius. & d. l. filio. Sol. gl. in ver. legatarijs. hic, fateť ɔ̄riū, ꝙ illi, q dat, pficiat, alijs nō. Idem vīr tenere quidā in l. q fundū. in prin. in 2. ſol. ſ. eo. Sed hoc vr̄ ɔ̄. l. ſi fundus legatus. ſ. e. Sol. gl. ꝙ ibi debebat dari alteri hæredi. Iſtud eſt diuinare. Quare dn̄t alij, qd̄ nec ēt danti pdeſt. Nec obſtat dic. l. Neſennius, qa loquiť in legato, uel fideicōmiſſo, & hoc tenet Cy. C. eo. l. pe. ubi gl. pe. hoc tāgit. Tu potes vtranq; opi. ſuſtinere. Nām plegata proſunt danti, ope exceptionis doli, nō ipſo iure, vt j. e. l. filio, & d. l. Neſennius. Aut ergo legatarius iā hēt legatū, & ɔ̄uenit ab hr̄de pp Falcidiā, uel interdicto quorū legatorū, vel ɔdictione indebiti, & repelliť exceptione doli. Sed illud, qd̄ eſt datum cā condōnis implendę, ſupplet Falcidiā, & ita loquiť gl. hic poſita, & aliæ ſimiles. Aut hæres ipſe poſſidet, & ɔuenitur, & tunc poteſt detrahere Falcidiā, d. l. ſi fundus. ita loquiť alia gl. ¶ Vndecimò op. de l. in rōne. l. ij. §. tametſi ante. ſ. e. So. ibi in eo, qd̄ datť in uim modi, quod ſuccedit loco rei: ſicut id, qd̄ datur cā ptij, ut ibi dixi. Facit quod no. in l. ſi quis ſeruū. ſ. tit. j. Ad omnium † ergo declaratione
3 ſic diſtingue. Aut hr̄s capit de bonis defuncti extra cām teſtamēti, aut ex ipſo teſtō. Primo caſu, aut pp hoc cœpit expreſſè, ut ſibi imputeť in falcidiam, & imputatur, vt ſ. eo. l. cū quo. in fi. Aut cœpit pp aliam cām, & tunc ſecus. l. pater filiam. in prin. ſ. eo. Secūdo caſu, qn̄ capiť ex teſtō, tunc, aut iure hr̄ditario, aut iure legati, uel præ legati, aut cā ɔdōnis implēdæ, uel ex ui modi, aut ex cā ptij ex iuſſu teſtatoris. Primo caſu, imputať in falcidiā, ut hic, in prin. Secundo caſu, aut legať ſibi à legatario, & nihil cōputať in falcidiā, qm̄ nihil hēt iure hr̄ditario, ut ſ. eo. l. ſi à me. niſi quo ad ipſum qui dat arg. d. l. Neſennins. ſ. eo. Si uero legatur à cohr̄de, & tunc, aut q̄ris quo ad ipſum cohr̄de. & totū imputať. d. l. Neſennius. & j. e. l. filio. Aut quo ad alios, & tūc, aut legata fuit pecunia, uel corpus non hr̄ditariū, & nihil imputať, qa nihil hr̄ditario iure capiť. Aut fuit plegata pecunia hęreditaria, & tunc, aut ipſe iuſſus fuit ſibi retinere, uel detrahere, & totū cōputať, ut ſ. de le. 2. l. cū pr̄. i prin. & dic. §. numis. Aut cohęres fuit ſibi iuſſus dare pecuniā hæreditariā, & tūc ſibi p hr̄ditaria parte ɔputať, uel quartā hr̄ditariæ, ut ſtatim dicā, & ſ. eo. l. id aūt. & hic no. Si vero corpus hęreditariū, tūc aut detraxit falcidiā de volūtate defuncti, & computatur quarta hr̄ditariç portionis. Aut ɔ̄, vel pter volūtatē, & tūc cōputatur tota hr̄ditaria portio, ut ſ. e. l. Titia. & no. in d. l. Neſennius. ¶ Tertio caſu, qn̄ capiť cā ɔdōnis implendæ, & tūc ſi qdē legatarius poſſidet, ita qd̄ ab hærede cōuenit, & imputatur in quartā quo ad dantē, nō quo ad alios, arg. ſ. eo. l. Neſennius. & hic no. Si uerò hæres poſſidet, & ipſe ɔuenit, & tūc, aut fuit datū à ſtatulibero, & dic. ut ſ. eo. l. id aūt. Aut ab extraneo, & tūc nullo modo imputať in falcidiā, nec quo ad dātem, nec quo ad alios, ut hic, in fi. & l. id aūt. ſ. eo. & l. ſi fundus legatus. & qd̄ no. C. e. l. pe. ¶ Quarto caſu, qn̄ capiť in uim modi, & imputatur in quartā, ut ſ. e. l. in rōne. §. tametſi. ¶ Quinto caſu, qn̄ capiť loco ptij, tunc imputatur in falcidiam, ut ſ. eo. l. qui fundum. & ibi no. & l. ſi dignum. & no. in l. ad ueterani. ş. j. & hoc circa falcidiam.

Venio Ad ſecūdā partē, q̄ tractat de Trebellianica. Et primò
4 opp. ꝙ † idē ſit in Trebellianica, ꝙ in falcidia, ut hic. ver. pro ea uerò parte. & ſ. dixi. Sol. Fateor, ꝙ qn̄ corpus hæreditariū plegať à cohærede, eſt idem, ſed qn̄ corpus nō hr̄ditariū, uel aliquid aliud, ab extraneo, tunc ſecus: nā in falcidiā nihil imputať, in Trebellianicā totū, & rōne. j. uidebitis. Scdō opp. dr̄ hic, ꝙ fideicōmiſſum datur cā ɔdōnis implendæ. Contra, id qd̄ datur cā ɔdōnis implēdæ, non eſt legatū. l. ſi quis ſub ɔdōne. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt. Sol. Expone ſm̄ Iaco. de Are. fideicōmiſſum hr̄di datur, i. hæredi iniungitur ab ipſo pſtandi cā, i. cū cā implendæ ɔdōnis. ſ. à fideicōmiſſario. ¶ Tertiò op. de l. debitor. §. ſi. aliàs. ſ. eo. j. ad Trebel. & d. l. pr̄ filiā, in prin. Sol. Ibi nō capit ex teſtō, & iō nō imputatur, niſi ob hoc fuiſſet datū. l. cū quo. §. fi. ſ. eo. ¶ Quartò op. j. e. l. acceptis. Sol. Ibi ꝙ datur cā ɔdōnis, nō erat remanſurū penès hærede. iō nō imputatur. ¶ Quintò opp. & vr̄ ꝙ non tota hr̄ditaria, ut ſ. eo. l. Titia. Sol. Hoc dēt intelligi ſm̄ diſtin. illius legis. ¶ Sextò opp. & vr̄ ꝙ legata data cā condōnis implēdæ nō ɔputatur in Trebellianicā, cū debeat detrahi de ipſis rebus hæreditarijs. l. iubemus. in prin. C. ad Treb. Sol. gl. 3. in uerbo, hr̄ditaria pte pdij, q̄ eſt i l. filiū quē habētē C. fam. ercis. in fi. gl. mag. & fatetur ɔ̄riū, & dicit hanc legē, & ſimiles in hoc hodie eſſe correctas, quo ad liberos primi gradus, cū talia nō imputentur in Trebellianicā. Iac. de Are. dicit ɔ̄riū, quia illa lex ſolū fructū prohibet imputari in quartā, nō alia legata, uel data cā ɔdōnis implēdæ. Et hoc puto uerius per finē illius legis, q̄ vult,
5 ꝙ ſtatuta in illa lege non trahātur ad alios caſus. ¶ † Vt ergo iſta materia circa Trebellianicā liqueat, diſtingue eodē modo quo in falcidia. Aut capiť ex teſtm̄, & idē qd̄ ſ. dixi, diſtinguendo caſus, & modos, quibus falcidia capitur extra teſtū. Aut ex teſtō, & tūc, aut iure inſtitutionis, & idem. Aut iure legati, & tūc, aut ab extraneo vel legatario, & indiſtinctè imputať, ut hic: licet ſecus in falcidia. Aut à cohærede, & tunc, aut pecunia, & tūc totū imputatur, ut in d. §. numis. Aut corpus non hæreditarium, & imputatur, licet ſecus in falcidia. Aut corpus hæreditariū, & tunc idē ꝙ in falcidia, qa aut quæritur de imputatione quo ad ipſum cohæredem, & imputet totū. Aut quo ad alios fideicōmiſſarios, & tunc, aut detrahit de voluntate, aut ɔ̄ voluntatem. l. Titia. ſ. eo. Si uerò capit cā ɔditionis implēdæ, & tunc, aut eſt remanſurū penès eū, & imputatur, ut hic: aliàs ſecus, vt dic. l. acceptis. Si vero capitur in pretium, & tunc imputatur, ut ſupra per eaſdem leges. Si vero in uim modi, & tunc idē per
6 eaſdē leges. ¶ Primò quæro, † q̄ eſt ratio ꝙ in falcidiā imputatur, ſolū quod iure hæreditario capitur, & aliud in Trebellianica: Dicit hic gl. in ver. id ei imputatur. rō eſt, qa in falcidia grauatur plus hæres, quia onera hæreditaria manent apud eū inſolidum, ideo releuatur, ut ſolūm q̄ iure hęreditario capit, imputet in falcidiam, arg. l. cū qui. de iureiu. ſed in Trebellianica non ſuſtinet onera, niſi pro parte, ut j. tit. 2. l. ij. §. fi. ideo plus grauatur. Idem tenet Cyn. in d. l. filiū que habentem. Tu clarius dic ꝙ ratio colligitur ex uerbis legis falcidiæ. Dicit em̄. ſupra. e. l. j. §. j. ꝙ quarta pars hr̄ditatis debet remanere penes hæredem. No. ꝙ dicit hæreditatis, ex quo colligitur, ꝙ dēt habere iure hæreditario, & hoc tenet ibi gl. in ver. quartam. Sed Inſti. de fideicōmiſ. hære. §. ſed quia ubi refertur iſta verba ſenatuſcōſulti Pegaſiani, dr̄, ꝙ hæres debet quartā partē retinere, non tn̄ dicit hæreditatis: & ideo ēt ſi non capiatur iure hæreditario, imputatur in quartā. Dices tu, ille text. facit cōtra, quia dicit, pinde, & c. atq; ex lege falcidia. Rn̄. illud perinde, denotat ſimilitudinem

nem

ne,ſed nō p oĩa,q̃ quarta ubiq; detrahit̃,ſed nō eodē modo. Sic ſ. ꝟ.de recept.l.j. Et ſi q̃ris quare in l.falcidia fuit poſitū uerbū,hr̃dita
7 tis,in ſenatuſcõſulto nō, tūc ꝓcedit rō gl. ¶†Scd'ò q̃ro, quid ſi ab eodē hr̃de ſunt p̄ſtanda legata particularia, & fideicōmiſſum vl'e, qđ pōt eſſe,ut ꝟ.ti.2.l.Marcellus.§.idē Pōponius. qualiter fiet iſta cõputatio in quartã? Breuiter quantū ad fideicommiſſum oĩa cõputabunt, nec hoc proderit legatarijs, ut minor quarta detrahat̃, ſed proderit ut à fideicōmiſſario quarta detracta uideat̃, ſicut dici
8 mus in ſimili.ſ.eo.l.Neſennius.§.j.¶Tertiò,† quæro q̃ eſt rō dr̃ię inter corpus hr̃ditarium,& pecuniã,uel corpus nō hr̃ditariū? Rñ. pecunia tota pōt dici percepta de parte hr̃ditaria, q̃a non eſt in corpore hr̃ditario.d.§.numis.uel inter corpus hr̃ditariū, & non hr̃ditariū,eſt rō,ne in eadem re diuerſo iure hēat quartã.l.cū qui ædes. de vſucap.ita dn̄t gl.& Azo,in ſum.C.e. & hæc eſt rō, licet ſit ſatis
a debilis,tñ non uideo modo meliorē.¶Quartò [a] q̃ro, † utrū falci-
9 dia,uel trebellianica poſſit detrahi in una re:Gl.& doc. ꝙ non.C.e. l.ij.Tu dic clarius, aut q̃ris an poſſit deduci in una re à uolentibus, & pōt,ut ſ.de leg.j.l.pt.& ſ.de poſi.l.j.§.ſi ꝯueniat. Et ita intelligūt quidā dic.l.filiū quē hn̄tem.C.fami.erci.& ita no.ibi in gl.in uerb. ꝓcepit,q̃ incipit,ſ.deſtinatione.ibi,alij dn̄t,ſoluit à uolētibus,& uolenti,&c.Aut q̃ris de neceſſitate, & tūc, aut q̃ris in qua re debetur quarta,aut in qua re detrahat̃ tp̄e diuiſionis. Primo caſu, r'ia eſt, ꝙ deducit de qualibet re pro indiuiſo.l.Plautius.& l. lineã margarita rū.ſ.eo.& l.ij.C.eo.Scd'o caſu,aut teſtor aliq̃d legauit , uel alio mō ꝯceſſit qđ debeat imputari in quartã.& illud prius imputat̃,ut ſ.e. l.qđ aūt,& l.cū quo.§.fi.& l.q̃rebat.§.fi. & hoc ꝓut de Trebelliani ca loquit̃.Si uero nihil relinquit,tunc, aut hr̃s ꝑcepit fructus iudicio teſtōris,& illos prius imputare in quartã cogit̃,vt ſ. eo.l. qđ de bonis.§.fructus.Nec obſtat.ꝟ.tit.ij.l.ita tñ.§. hr̃s ex aſſe.ut ibi dixi. Aut nullos fructus percepit,& tunc, aut hæres aliquid de hæreditate alienauit,& illud prius ſibi cõputat in quartam.C.cõia de leg. authē.res q.& ꝟ.tit.j.l.Marcellus.§.res.& ibi not.qđ tenet Azo, in ſum.C.ad Treb.& ēt Dy. Aut nihil uendidit, & tunc, aut teſtator uni ꝯceſſerat aliq̃ rem hr̃e in peculiū,& illã pōt ſibi retinere aduerſario inuito.l.filiū quē habentē.ſm lect. antiq. q̃ in hoc uera eſt, ut officio iudicis,in diuiſione illa res aſſignet̃ filio,ut quē teſtōr ꝑdilexit in illa re in uita, p̄ſumptio eſt ꝙ ꝑdilexit in morte, arg.l.pe.ſ. de ali.& cib.leg.& ne fiat ſeparatio eius poſſeſſionis,q̃ coluit,& meliorauit,arg.l.ij.C.de allu. & palu. Aut nihil cōceſſit in uita nec in morte,& tunc ſi res ſunt indiuiſibiles,pōt in una re deduci, vt ſ. e. l.ſed ſi nō ſeruus.& l.lex Falcidia ſi interueniat.& l. ſi fundus mihi. cū ſi.Aut oēs ſunt diuiſibiles,& tunc deducet in una,uel duabus rebus,ne patrimonium comminuatur:& hoc iudicis officio.l.poteſt ſupra.de leg.1.C.quando,& quibus quarta pars debeatur.l.ij.
b Venio. [b] ad quartã debitã iure naturæ, & breuiter, † aut ali-
10 qđ capit ex patrimoniū defuncti, & nullo mō in illa quarta imputat̃.l.ſcimus.§.repletionē. C.de inof.teſt. Aut capit ex defuncti p̄rimonio,& tūc,aut iudicio teſtatoris,& ꝯputat in quartam quocunq; iure habeat,ſiue iure hr̃ditario, ſiue iure legati, uel in ul'm modi,uel alio modo capiat,ꝯputat̃.l.q̃m nouella.C.de inof. teſt.Et ꝓ hoc facit qđ habuiſtis in l.ēt.§.pe.in fi.ꝟ.de bo. lib.dūmodo aliq̃d iure inſtōnis habeat,ut in auth.ut cū.de appe.cog.§.aliud quoq; capl'm.& in authē.de triē.& ſemiſ.§.j.Aut capit īter uiuos, & tūc,aut eſt datio ob cãm,ut dos,& donatio pp nuptias, uel datū cã militiæ,& tūc illud imputat in quartã.l.q̃m nouella. C. de inof.
c teſt.& l.oĩmodo.§.fi.e.ti.Si uerò eſt donatio ſimplex,[c] tūc aduerte,ſi quidē tp̄e factæ donationis,& ꝑfectę,ualuit in uita, tūc nō cõputat in quartã,niſi ſit dictū,ut ſi dat filio emãcipationis cã.l.ſi qñ. §.fi.C.de inof.teſt.& ita fecit do. Accur.qñ do.Frã. emãcipauit,qa fuit dictū expreſſe,ut in Falcidiã imputaret. Et ꝓ hoc hēs tex. in l. ēt.ver.ſed & ſi nō mortis.ꝟ.de bo.lib.Idē diceret ſi eſſet facta donatio filio ī p̄tāte pp merita ꝑcedētia,nã tūc ſtatim ualeret donatio, & iſtud pcipit tanq̃ aduentitiū,ut gl.no.in auth.vñ ſi parens. C. de inof.teſt.Probo p rōnē, illud qđ filius q̃rit ex pſona ſua eſt aduētitiū,l.cū oportet §.j.C.de bo.q̃ libe.Sed iſtud dat filio ob merita ꝑcedētia,& hēt ex opis ſuis, & ſic eſt aduētitiū , & aduētitia in quartã nō imputant̃.l.fi.C.de col.& l.ſcimus.§.repletionē. C.de inof.teſta.licet ſit q̃dã gl.q̃ eſt in l.ſi donatione,C.de col.q̃ uult,ꝙ nō ualet incõtinenti,tñ nō dicit uerū,ut ibi dixi. Si uero donatio nō tenuit ab initio,ſed fuit morte ꝯfirmata,tūc in quartã imputat̃. Hic eſt caſus no.in l.filiū quē hn̄tem.C.fami.erci.ſm lec.Azo. & ꝓbat in d. l.ēt in ver. ſed & ſi nō mortis. Idē puto ſi in peculio eſſet ꝯceſſum. d.l.filiū quē hn̄tē.ſm aliã lect.& d.l.ſi donatione.C.de colla.¶Iux
11 ta ꝓdicta † formo q. & primo uideamus rōnē, q̃ eſt rō ꝙ id, qđ ex teſtīn capit,in Trebellianicã quartã nō imputat̃. l. pr̄ filiã. in prin. ſ.eo.& in debita iure naturæ ſic.ut no.& dixi ſupra:Et rō eſt,quia Falcidia, & Trebellianica detrahit̃ occaſione teſtī, ideo in eã non imputat̃,niſi qđ uenit eſt teſtō: debita iure naturæ uenit extrinſecus,iō in eã imputat qđ extrinſecus uenit.Et hoc hēs in alijs quartis q̃ debent̃ ex alijs diſpōnibus,uel iure,uel ſtatuto : ut mulieri uel uiro ex forma ſtatutorū, ſi aliq̃d debeat, tunc cõputat ſibi q̃cquid extrinſecus venit,vt in authē.ꝑtereã. C. vñ vir & vxo. Ego dixi ſ. ꝙ donatio facta filio emancipato nō imputat̃,niſi ſit dictū, quæro quid ſi fuit dictū, dedit, & donauit filio emancipato in præmium emancipationis,& pro parte ſua,nō tñ dixit,ꝙ in quartã imputet?
12 Dicã in l.peto.in prin.ſ.de le.2.¶† Quæro de una q.[d] q̃ me multū
d tacit dubitare , non habui de facto , ſed hac nocte fui imaginatus: Fuit datū filio emancipato,ut cõputaret in quartã,ſed filius deceſſit anteq̃ pr̄,relictis filijs ſuis hr̃dibus,& nepotibus pr̄is ſui,an ipſis nepotibus cõputet in quartã?q̃d dices?Formo aliã q.& dicã de iſt. : & iſtã,q̃ dicã,ſi uidi de facto,& ꝯſului.Filia decedit anteq̃ pr̄, relictis filijs,an dos data filiæ,filijs eius ꝯputet̃ in quartã ,ꝓut filię debe ret imputarij?In ueritate multi aduocati, & aliq̃ doct. ꝯſuluerūt ꝙ nō,& mouebant per rōnem cõem.ut l.ſcimus.§.repletionē.C.de inof.teſt. cū falcidia iure naturæ nō dēt deduci, niſi de ſubſtãtia patris,ut ibi:ſed filij nō hn̄t iſtã dotē ab auo eorū:ſed hn̄t à matre, & iō nō dēt ꝯputari,q̃a exiuit patrimoniū pr̄is ipſo iure.l. pr̄ filiã.
e in prin.ſ.eo.Br̄ ꝯſului [e] ꝯrium,& hodie ꝯſulerē.Iſtud probat̃ per l. illã.C.de colla.§.fi.ubi dr̄ exp̄ſſe in tex.ꝙ dos data matri,dēt à filijs ꝯferri.Sed ad illã legē rn̄debat̃,ꝙ nō ſequit̃ ꝙ q̃cqđ ꝯfert,in quartã imputet̃. Ego dixi,ꝙ ꝯfert.d. l.illã. & in quartã imputat̃, p l. q̃m nouella.C.de inoffi. teſta.ubi dr̄,eodē mō quo ꝯfertur,eodē mō in quartã imputat̃.Nec reperies legē q̃ dicat ꝯriū. in l.q̃m. dicit text. dos data filiæ,uel nepoti in quartã imputet̃,nō dicit cui,uel ſibi,vel filijs ſuis. Præterea,hæc probabã p l.oĩmodo.in fi.C.de inof.teſta. ubi nō req̃rit tex.ꝙ habeat à pr̄e,ſed occaſione eius qđ pr̄ fecit,lucret̃.Præterea, ꝙ iſtud ſit profectitiū, & de bonis patris profectū, ꝓbo. Aduentitia nō ꝯferunt̃.l.fi.C.de col.ſed talis dos à nepotibus ꝯfert̃,ut l.illã.ergo nō eſt aduētitia. Præterea aduertatis ad rōnē difficilē,cui nō pt̄ rn̄deri,& per hãc me fundaui. Aduerſarius dicit,ꝙ illi nepotes hn̄t illã dotē iure hr̃ditario,tanq̃ hr̃des filiæ ex perſona mr̄is,nō ab auo:probo,ꝙ iſtud eſt falſum,ſm tp̄a hodierna.Filiuſfa.in ꝓfectitijs nō hēt hr̃dē.l.j.& ij.ꝟ.de caſt.pecu.& in dote exp̄ſſe no.in l.nupta.ſ.ſol.mat.in gl.in ver.deceſſerit.& l.filiæ meæ.eo.ti. & Azo,in ſum.ſol.mat.circa fi.& no.in corpore de hr̃di.ab inteſt. §.j.in ver.ſi q̃s igitur. & q̃n filia decedit in matrimonio cū liberis, dēt reuerti dos ad p̄em.l.dos à pr̄e.C.ſol.mat.de ꝯſuetudine tñ remanet apud uirū. Cõſuetudo ergo nō facit illos filios hr̃des mr̄is, q̃a illa dos nō erat matris,nec matris eſſe debebat. Sed q̃d facit conſuetudo?Certè aufert ab auo immediatè,& illis nepotibus dat. Apparet ergo qđ iſti nepotes nō hn̄t ex perſona filiæ,ſed ab auo ex ꝑſona ipſius aui:meritò debet imputari in quartam.d.l. q̃m nouella.ēt tetigi ī l.poſt dotē.& ibi dixi nu.32.ſ.ſol.matr. Sed ſi poneremus qđ pr̄ fuerat ſibi ſtipulatus in unū caſum tm̄, ita ꝙ in alio caſu exiſtentium liberorum mulier poſſet hr̃e hæredem,ſm quod no. in l.poſt dotē.& ibi dixi, nu.27. ſumus in q̃one ꝑcedēti, vtrū onus imputãdi in quartã ipſi defuncto datū, trãſeat ad filios cū ſuo one
f re:dubito,[f] aliàs dicam.¶†Quæro,ſi aliquid eſt relictū filio minus
13 quarta, debet quidē ſuppleri iſta quarta:quæro p quos dēt ſupple-
g ri [g] iſta quarta,an per hæredē,uel p legatarios q̃ poſſident res hęreditarias pro rata ? Vr̄ uelle tex. ꝙ illud ſupplementum fiat tam ab hæredibus q̃ à legatarijs. l. ſi ex patronis . & l. libertus . §. libertus ꝟ.de bo.lib.& iſtud implendi ius erat in patrimonio patroni, prout in debito iure naturæ eſt hodie.l.ſi ex patronis.in princ. eo. tit. ſed ꝯriū vr̄ ī authē.ut cū.de app.cog.§.cæterū.ubi dicit,impleri ab hæredib.Sed aduertēdū eſt qđ ibi dicit, ab hæredibus impleri , ſm aliàs noſtras leges , ſed lex. C. non exprimit, ꝙ hoc fiat ab hæredibus,

## ADDITIONES.

a ¶ Quartò.Adde an Trebellianica poſsit in una re deduci, ultra Alex. Bal. ꝯſi. 187.3.lib.& ibi quid de legitima, & quid ſi bona ſunt alienata , an in alienatis cõputari debeant,& an legitima in una re deduci poſsit,uide Bal.ꝯſi. 86.1.lib. & conſi.456.4.lib.& conſi.162.3.lib.ubi firmat quod hic dicit Alex.ꝙ filio non debetur legitima in bonis legatis.

b ¶ Venio.Adde quæ computentur filio in legitimã Bal.ꝯſ.267.1.lib. Ang. cõſi. 101.& 131.& 75.& per Pau.de Caſt.conſi.234. & an donatio facta per patrē filio imputetur in legitimam.uide Pau.de Caſt. conſi. 201. Abb.conſi. 116.& Pau.de Caſt.conſi.220.& per Alex.in conſi.8,in 2.vol.& ibi alleg. concordantes dicit communem opi.eſſe,quòd non imputatur niſi expreſſe dicatur.

c Pom. ¶ Si uerò eſt donatio ſimplex. Vide Anch.ꝯſ.8.inci.uiſis.in prin.in 2.vol. & in l.illud.in gl.in uer.hæc autem.C.de col.& conſi.21.in prin.in 4.uol.

d ¶ De una q̃ō. Adde an dos data filiæ computet̃ in legitimam nepotibus, Pau. de Caſt.conſi.124.Bal.conſi.73.& 209.1.lib.Pet.de Anc.conſ.306. IO.FR.RV. ¶ Adde Pau.de Caſt.in l.ſi alienam.in prin.inf.de do.cauſa mor.

e Poma. ¶ Contrarium. Vide Anch.in conſi.316.incip.do. Bart. ibi uide Anch. ꝯſ.366.incip.ex themate p̄ſuppoſito.circa me.uer. an autem cõputare debeat, & uide Cu.ꝯſ.53.in 1.uol.Barb.conſi.40.in 2.uol.Fab.Zochum.in Rep.Auth. nouiſsima.q.4.ubi firmat opi.Bar.hic.& uide Picum hic poſt Alex. Dec.in l.illam.C.de coll.Alex.conſ.24. lib.1.103.vl.dub.142.li.3.conſ.23.lib.4. Dec.ꝯſi. 181.col.3.in fi.uer.tertio reſponderi. PVT.

f Pom. ¶ Dubito. Vide Ale.ꝯſ.24.inci.uiſis dubijs.uer.ſed circa hoc eſt uidendũ in uol.3.Anc.conſ. 144.inci.uiſis diligenter uerbis teſtamenti.per totum.

g ¶ Suppleri.Adde p quos dēt ſuppleri legitima,ultra Alex.Bar.ꝯſ.34. ici.factũ tale,& ibi quid cõputetur in legitima, Pau.de Caſt.conſi.256. Ang.conſ. 131.



BUAH

bus,ſed,ſimplr ſuppletionem fieri, imo magis vr innuere à quolibet legatario,pro rata. Nā l.ſcimus.§.repletionē. dicit hoc debere fieri ex ipſis rebus,ex ſubſtantia defuncti,& ſic vr φ ſit onus reale. Illud ergo qđ tex.in d.§.cæterū.dicit, hoc ſm noſtras leges intelli-
14 gitur ſm dic.l.ſi libertus.§.libertus. ¶Sed quæro, † an illud qđ ex ſubſtōne ad filium peruenit, ſibi computetur in legitimam? Tex. vr qđ non,in d.l.ſcimus.§.repletionem.Sed dic, φ ſi quidem ſubſtitutus eſt quis legatario, tunc illud quod habet ex illa ſubſtōne, non computatur in legitimam, ut ibi ſentit gl. Aut eſt ſubſtitutus hæredi directò,uel per fideicōmiſſum,& tunc illud imputatur,qa ab ipſo initio de eo quod relinquitur ab hærede, deducitur omne grauamē,& omnis ꝯditio.l.qm̄ in prioribus.C.de inof.teſt. ¶Sed quid de eo quod ei, qui poteſt petere ſupplementum, obuenerit ab inteſtato,ut puta,ſuccedit legatario,uel hęredi? Rñd.id non cō-
15 putatur † in legitimam, niſi eatenus, quatenus ille, cui ſuccedit tenebatur ſupplere,cum aduentitio iure capiat,d.§.repletionē. arg.
a ſupra de leg.3.l.ſi fuerit.§.j.ª & ſupra eo.l. qui fundum.§. qui filios.

ADDITIO.

a ⁂ L.Si fuerit alias l.ſed ſi ſic.§.vlt.

LEX XCII.

1 *Condōnis implendæ cā datū minuit Trebellianicā ſi remanet apud hrdes. Rogatus de reſtituendo ut hæres retinet Falcidiam.*

Acceptis. Si heres non grauat,ut heres,ſed ut alius cōmodum ſentiens,falcidia nō deducetur.h.d. In tex.
1 ibi,mortem ſuā,ſ.legatarij.No.† φ datū cauſa ꝯditionis implendę, ita demū minuit Trebellianicā, ſi interim apud hrdem remanet. Item ille qui rogatus eſt de reſtituendo,ita demum retinet falcidiā ſi ut hrs rogatur,ut hic.ȷ.tit.2.l.mulier.§.fi.Itē not.φ acceptis, intelligitur de hrde ut hic.in fi.& l.ſi ſeruū.§.qui margaritā.ſ.de le.j.

LEX XCIII.

Filio,& filia. Prælegata non imputantur in Falcidiam, niſi quo ad eum, à quo percipiuntur. h. d. &.not.hanc.l.benè.

LEX XCIIII.

1 *Hæres quod habet à defuncto,computatur in bonis.*
2 *Coniunctio aduerſatiua inducit coniunctionem uerbalem.*
3 *Maritus quando teneatur ad reſtitutionem fructuum,et bonorū, quæ ſunt extra dotem.*
4 *Oliua fructus induſtrialis eſt.*

1 Maritus vxori. Iſtud eſt no,prin. Quod † hæres habet à defuncto,computatur in bonis. h. d.
2 in materia.l.re coniuncti.¶† Quæro,an cōiunctio aduerſatiua inducat ꝯiunctionē uerbalem,& hoc vr poni in tex.ibi duas aūt, &c.
a Vr hic, φ maritus teneatur ad reſtōnemª fructuum & bonorū, q̄
b obuenerunt extra dotem.Opp.C.de pac.ᵇ ꝯuen.l.vlt.Gl.ibi & hic ſoluit,φ hic in ſorte,ibi in uſuris.Aliter intelligitur, φ hic de naturalibus,ibi de induſtrialibus.Mar.Sili.aliàs de Fano diſputauit unā
3 qō.& in ꝯrio ſemp recitaui,& dicit:† Aut fructus percepti extāt, & debēt hrdi mulieris reſtitui.l.ſi ſtipulata,ſ.de do.inter ui.&vxo. Aut ſunt ꝯſumpti,& tunc,aut percepti ꝯ voluntatem defunctæ,& maritus dēt reſtituere,ut l.de his.C.de do. inter uir.& uxo.Aut ꝑcepti volūtate defunctæ,& tūc,aut ſunt fructus induſtriales,& maritus lucrat.d.l.vlt.cū gl.C.de pact.conuen. Non obſtat iſta lex,qa tenet reddere rōnem, licet fructus ſint ꝯſumpti. Si uerò ſunt fructus naturales magni,& tūc tenet maritus reſtituere inquātū eſt locupletior.l.ſi ſtipulata.§.j.ſ.de do.īter uir.& vxo. Aut ſūt parui,& nō tenet reſtituere.l.ſi id qđ.§.j.&l.utrū.ſ.de do.īter vir.& vxo.&
4 l.oīno.ſ.de impē.Habui ꝯſulere hic utrū † oliua ſit fruct° nālis, vel
c īduſtrialis.Et habes caſum,φ eſt īduſtrialis.ſ. de rei vēdi.l. antepe.ᶜ

ADDITIONES.

a ¶ Reſtōnē.An maritus tenetur ad reſtitutionem bonorum paraphernaliū, & fructuum bonorum,quæ extra dotem obuenerunt uxori,uide Pau.de Caſt.ꝯſi. 181.incip.ſuper primo reperio diuerſas opi.& uide Ro.conſi. 394. ubi ponit, an ſtante ſtatuto quòd mulier non poſsit ſe obligare niſi ſeruata certa ſolennitate poſsit uirum liberare de fructibus bonorum obuenientium extra dotem, & uide Alex.conſ.42.col.6.lib.j.

b Barb. ¶ Opp.C.de pac.Et de his paraphernalibus uide ad Bal.in l.fi.C.de pac. in c.2.de fra.de no.bñ.inue.& in l.ubi adhuc.C.de iure do.ad fi. & in c.pe.de cō ſue.Bar.in conſi.20.inci.an ueneditio, ubi conſuluit in iſtis paraphernalib. Bal. in l.ſi uiua matre.C.de bo.mat.Pau.de Caſt.in conſi.190.Abb.& alios in c.conſtitutis. de procu. & uide Bar. in conſi. ſuo 147.incip.maritus habens uxorem dotatam.& in conſi.270.incip.Titius habens uxorem.&c.

c ⁂ Antepen.ad.§.filiæ hic poſitum uide Soc.in l. Marcellus.§. idem pompo. nu. 4.infra ad treb.

PANCIR.

1 *Reus edit actori ad replicationem fundandam.*
2 *Diſcuſsio bonorum quando fit,notarius poteſt cogi ut exhibeat inſtrumentum ex quo probatur debitum de quo fit diſcuſsio.*

1 §.Poſt aditam. Reus tenetur † edere rationem actori ad replicationem fundandam. h. d. Et gl.alleg.iſtū tex.ad illud quod ſummaui tibi in l.fi.C.de ede.& Gul. de Cu.in l.j.§.ededa ſunt oīa.ſ.de ede.Iac.But.rñdet,φ hic nō edit
2 ut inſtrm,ſed ut corpus hrditariū,ipſe pōt dicere qcqd uult.† No. qñ fit bonorum diſcuſſio,ꝓt cogi notarius,ut exhibeat inſtrm, ex quo probat debitū illud de quo fit excuſſio.plenè in l. fi.C.de ede.

TITVLVS III.

Si cui plus, quàm per legem Falcidiam.

LEX PRIMA.

SI cui plus quàm licuerit.

§.Cum dicitur. Tene benè menti glo. in verb. cæteris. quæ incip. ſic.C.dicam aliàs ad quid ſit menti tenenda.

a §.Hæc uerba. ª Verbū amplius,qñq; totum ꝯtinet.h.d. No.de dictione,amplius, de qua habetis. C.de hære.inſti.l.ij.Op.de auth.ſed cum teſtator.C.ad l.Falci.Sol. Ibi ſm iura noua,ubi inuentario non facto, tenetur ad totum: hic ſecundū iura uetera, ſm quæ non tenetur ultra uires hæreditarias.

ADDITIO.

a ¶ Hæc uerba.Vide Bar.in l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ita ſcriptum.de leg.1.

1 *Filius de reſtituendo grauatus,an detrahat duas quartas.*

§.Interdum. Iſte eſt no.§. & mēti tenendus. & h. d. Vbi in alio iure hrs quartam detrahit, ceſſat Falcidia,vel aliter,Non debent detrahi duæ quartæ. Gl. inducit in ar.
1 ad q.φ † filius inſtitutus, & de reſtituendo grauatus non detrahit duas quartas,& uide gl.in uerb.illius legis quæ inci. ꝓtoriæ, &c.ibi
a idem ergo,&c.iſtum paſſum nunq̄ examinauiª uobis,nec mō examinabo,qa eſt deciſum per decretalem. Gl. noſtræ tangunt in l.in ratione.§.qđ vulgò.ſ.tit.j.& l.Papinianus.§.meminiſſe. ſ.de inof. teſt.& l.qq̄.ſ.ad l.Fal.& gl.vr tenere φ inſtitutus, & rogatus de reſtituendo purè,non detrahit duas quartas,ſed rogatus de reſtituendo ſub condōne detrahit duas,& hoc eſt canonizatum extra de teſta.c.Raynutius.& c.Raynaldus.Gl.in §. ſi quis aūt nō implens in auth.de hæred.& falci.dicit,aut eſt inſtitutus purè,& non detrahit duas:aut eſt inſtitutus ſub ꝯditione, & detrahit duas. Doc. tractant in d.l.quanquam.& Iac.de Bel.in §. quamobrem. in auth. de reſti.
⁎ & ea quæ parit.*Communiter tenentur.*illę decretales,licet ſecundum puncta iuris noſtri,non poſſit niſi unam detrahere.

ADDITIO.

a ¶ Examinaui. Per Bal.in auth.res quæ.in ult.col.C.com.de leg. Adde quæ poſui in §.quod uulgo.& Ro.conſi.206.

EEX II.

Etiam ſi quanti ea res ſit. Op.debitor gnīs nō liberatur interitu,ut l.incēdiū.C.ſi cer.pet.& l.in rōne.§.diligēter.ſ.tit.j. Sol.Dy.φ hic tenet ad genus reſpectu ſpēi.ideo liberat interitu. l. ſi ad libertatē, §.j.ſ.de nox.& l.Titiæ.§.ſi.ſ.de leg.1.& l.quidam.§.ſi tibi.eo.tit.

LEX III.

Niſi dolo ipſius aliquid.

§.Quoties futurū. In tex.ibi, dies ſupeſt. & ꝯdō extitit eo caſu,quo fuit relictū ſub ꝯdōne,& in diē,dicim° ſi fcā eſtimatiōe illa appeat locū eē Falcidię.

1 *Legata minuta quæ dicantur,arbitrio iudicis relinquitur.*
2 *Legatarius,cui legata ſūt minuta alimēta,licet nō ſatiſdet, tn̄ cauere dēt.*
3 *Cautio de qua hic præſtatur ſub pœna.*

§.Quamuis. In legatis minutis cā alimentorū non ꝓſtat hæc cautio.h.d.Pro decīone reuoco in dubiū,an ꝓ legatis minutis dēat ꝓſtari ſatidō. Quidā dñt, φ nō. Veritas eſt,φ iſte.§.loquit in legatis minutis cā alimentorū,& iſtud oēs tenēt.¶† Quæro,φ dicant legata minuta? Dñt quidā,illa, q̄ ſunt vſque ad 10.aureos:ſed iſte.§. nō dicit hoc. Alij dñt uſq; ad duos. l.ſi oleum.in fi.cū l.ſeq.ſ.de dol. Alij dñt aīt,ut in auth.niſi. C.de ſenr. ex breui.recitā.Iac.de Are.dicit ſuper iſta gl. φ in illa auth. niſi.ſtā dū eſt ꝯſuetudini, in alijs ſtat arbitrio iudicātis, cū non reperiat determinatū.l.j.in fi.ſ.de iure deli.ȷ.de bo.aut.iud. poſ.l.in uenditione.§.j.& l.certo gñi.§.j.de ſer.ruſt.ꝑd. Quæ eſt rō quare nō ꝓſtat ſa
2 tiſdō in alimētis? Dic ut in gl.¶ Quærit gl.hic dr,† φ nō dēt ſatiſdare,ſed an cauere? dicit φ ſic.l.ij.§. ſed & ſi dubitetur.ſ.de iudi. Hēs tex.in l.tribus.de uſufr.earum re.quæ uſu conſu.habes in l.filio.ut
a leg.no.caue.& quod no.per Dy.ȷ.iu.ſol.ſuper rub.¶ Quæro,ª qñ
3 † interponit iſta cautio,an cū pœna,uel ſine pœna.Et gl.dicit,fortè ſub pœna, cū non ſit difficile.Et tene menti iſtā gl.Contrariū vſ ſentire gl.in l.ij.in fi.ſ.qui ſatiſ.cog.& l. fi. infra de pto. ſtip.Poſſumus ſaluare iſtā gl.φ hic loquit eo caſu, quo remittitur ſibi ſatiſdatio fideiuſſorū.Illæ gl.loquunt,qñ fideiuſſores tenent dare. Habes aliā gl.de hoc in l.iij.in fi.ſ.de alie. iud.mu. cau.ſ. ubi eſt gl. φ ſub pœna tenet promittere.Gl.ſignat,ꝯria non ſoluit. Vide eam.quæ incipit,in quibus.in fi.Sol.hic ſpeciale fauore alimentorum.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Quæro.Adde Bar.& quod ibi dixi in d.l.fi.de præto.ſtipul.

§.Si legatarius. Ibi,itē ſi ipſe.Opp.de l.ſi uendideris de euic.ubi dr, φ ſi aliqs euincat ſibimet, nō cōmittit ſtipulatio:hic dr ꝯrium.Et gl.aſſignat ꝓ ꝯrio, & eſt ꝯ. & uide gl.in uerb.ſibi euicerit,quæ incipit, i. ipſemet ſibi euicerit.



BUAH

Sol.ꝙ ibi loquiť in ſtipľone duplę, q̄ eſt pęnalis,& odioſa, ideo nō
cōmittitur,niſi uerè euincatur:hic committiť, qa ꝯtinet ſimplū tm̄.
§.Quæſitum. Opp.de l.ſi duo.§.fi.s̄.de arb.Sol.ut in gl.
& dic ut dixi in l.ſic.infra.de uer.ob.

LEX IIII.

1 *Cautio pro minis illatis,ut præſtetur,ſtatur arbitrio iudicis.*

a 1 Hæc autem ſatiſdatio. a Iſta lex p̄ſtat arg.† ꝙ pp
minas factas ab uno, nō
b dēt p̄ſtari cautio,& determinať per iſtum tex.b quia aut ſunt minę
illuſoriæ,aut non,& ſtatur arbitrio iudicis. Glo. eſt. C. quod met.
cauſa.l.metum ſuper uerb.iactationibus per Guil.de Cu.l.illicitas.
§.ne potentiores.ſupra de offi.præſid.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Hæc aūt ſatiſdatio. Et uide ꝙ per hanc l.Bar.in l.inter ſtipulantē. §.ſa
crā.de ver.ob.in vlt.Brocardo. Vtrū aūt minæ inducant iuſtum metū, uide d.l.
metū.& Bar.in l.famoſi.ad l.Iuli.maieſt.& ēt Imo.in l.ij.§.ꝙ ſi in p̄ris.ſol.mat.
b ※ Tex.Adde Alex.in l.ij.in prin.nu.16.ff.ſol.mat.

§.Si duo ex teſtamento. Opp.de l. qui cū hr̄de.
j̄.de exce. rei iud.Sol.
gl.hic,ꝙ ibi erat ꝯtētio inter inſtitutū,& ſubſtitutū : hic inter duos
inſtitutos,&c. Vide gl.ī verbo uēdicēt.q̄ inci.i.ſe eſſe, &c. vſq; ibi,
lex tn̄,&c. Et iſta ſol.nō dr̄ eſſe uera,nec iſta cautio dēt hr̄e locū,qa
olim iudicia ſilebāt pp petitionē hr̄ditatis : ergo legatū nō poterat
peti,& ſic cautio nō dēt interponi. Breuiter credo,ꝙ iſtud dēt de-
clarari,per l.ſi teſtm̄.cum gl. de peti. hr̄d. Vel ſoluat legatū hr̄s, uel
opponat exceptionē,&c.ut ibi. Et ſic eſt intellectus uerus,& abſo
lutus. Ad ꝯria dic,ꝙ optimè pn̄t peti legata,ut hic:ſi vult hr̄s,exce-
ptionē opponere pōt, ut ibi:ſi vult ſoluere, & petere cautionem,
poteſt,ut hic. Hodie tn̄ iſtud corrigitur,per l. fi. C.de peti. hæred.

§.Hæc cautio. Iſta cautio debet præſtari, qn̄ recipiētis
intereſt.h. d. In text. ibi tradat, & certè
non ratione quæ ſequitur.

LEX V.

Videamus. Legatarius dēt cauere hr̄di; fideicōmiſſarius
legatario, vł fideicōmiſſarius hr̄di cā euitādi
circuitus.h.d. In tex.ibi,ſufficit hic,reſpon.ibi eſſe,i.legatarium hę
redi cauere debere,ac ſi non eſſet fideicommiſſarius grauatus. Ve-
nio ad verſ.ſed & legatario.ut intelligatis iſtum uer. habetis recor
dari de eo,quod habuiſtis in l.pœnales.in fi.ſupra ti.j. Opp.de l.li-
berto.§.j.de ann.leg. Breuiter gl.ſoluit,& benè.

LEX VI.

1 *Satiſdatio remittitur ei,qui non poteſt ſatiſdare.*
2 *Satiſdatio quandoque exigitur timore futuræ paupertatis.*

1 Cum non facile. † Ei,q nō pōt ſatiſdare, remittiť ſa-
tiſdatio.h.d. ¶ Op. & vr̄ ꝙ pauper-
tas ſit cā dādę ſatiſdatiōis.l.de creationib.§.ſin aūt.C.de epiſ.audiē.
2 Gl.nō ſoluit.Rn̄. † Qn̄q; pp paupertatē remittiť ſatiſdatio,a qn̄que
a exigiť, & hic exigiť timore futuræ paupertatis, & ſi eſſet certū le-
gatariū ſp eſſe diuitē,nō p̄ſtaret,ut s̄.e.l.niſi dolo.§.itē ſciēdū. Sed
eo caſu,quo nō p̄t p̄ſtare, an ſit repellendus? & tunc aut tractať de
adminiſtratione rei alienæ,& repelliť pp paupertatem, ut in d.l.de
creationib. Aut de adminiſtratione proprij debiti tractať,& tunc
nō repelliť ut hic. ¶ Opp.ꝙ pauperies nō proſit.l. Pedius. de incē.
rui.nau. Dic plenè in l.ſi quis ad declinādā.C.de epiſ.& cle. ¶ Quæ
ro,quid ſi bona fide non poſtulatur? Dic ut in gl.& benè.

ADDITIO.

implicat.Si.n.parat̄ magnū p̄iudiciū,tunc requirit̄ plena cognitio,
ſed dr̄ ſummaria,quia dant̄ breuiores dilationes, & ſic non ad pro
bationē dr̄ ſummaria , ſed quia dant̄ dilationes breuiores.Ita notat
Dy.in l.j.§.fi. ĵ.de p̄t.ſtip.& ita dēt intelligi.c. ſæpe ꝯtingit.de uer.
ſign.in clemen.Facit ad prædicta.ĵ.proxi.§.& quod dicetur ibi.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Intelligitur.Qualiter dicatur dubium de mandato.adde Bal. & Imo.in l.Mæuia.ſol.mat.per gl.in c.coram.de offi.deleg. & in l.fi.de pac. conuen.

b Ale. ¶ Semiplena.Adde Bar.in l.iudices.C.de iudic.& latius in l.j.§.fi.ĵ.de præ to.ſtipu.

1 *Practica materiæ Carbo.& pro libello.nu.3.*

2 *Mater in cauſis ſtatus,& ad ſtatum pertinentib. pro pupillo teſtificatur.*

3 *Tutor quando pro pupillo teſtificatur.*

4 *Teſtes examinari & publicari ad æternā rei memoriā,qn̄ qs facere poſſit.*

5 *Infamis de facto non repellitur a teſtimonio,ſed minus ei creditur.*

6 *Teſtis conditio quo ad teſtificandum quo tempore attendatur.*

7 *Teſtis qui tempore teſtamenti erat bonæ conditionis,ſed tempore redditi teſtimonij erat infamis,ut probet,ꝙ tempus attendatur, remiſſiue.*

8 *Teſti deponenti de facto longinquo non ita creditur,ſicut de propinquo.*

9 *Teſtes ad æternam rei memoriam examinari poſſunt ſuper eo quod facile poteſt tradi obliuioni.*

10 *Iudex qualiter pronuntiabit ſuper Carbo.edicto,&c.*

§.Duæ autem ſunt cauſę. Nota tex.ibi finge eſ-
ſe teſtes, &c. Primo
1 quæro practicam † huius materiæ? Rn̄deo ad hoc, ut beneficiū hu-
ius edicti cōpetat, oportet quod prius cōtrouerſia ſtatus fiat , ut.ĵ.
eo.l.fi.Practica ergo erit iſta,ſi poſſidet pupillus,tunc ſi alius agit ꝯ
eū dicens eū nō eſſe filium, & ipſum eſſe proximiorē ꝯſanguineū,
tunc pupillus excipiendo peteret ſe tuēdum in poſſeſſione, & quæ
ſtionē differri,ut.ĵ.ea.l.§.miſſum.& l.j.C.eo.ti.ſm̄ unā lec.Si uero
non poſſidet,tunc primo ipſe debet petere agendo petitorio , uel
poſſeſſorio, ſm̄ ea quæ dicā in §.miſſum. Et aduerſarius dicet eum
non eſſe filiū,omiſſo primo iudicio, dabit de nouo libellū & petit
Carbonianā,& quæſtionem ſtatus differri in tp̄s pubertatis,& erit
forma libelli iſta.Cū ego ſim filius talis,& mihi inferatur qō ſtatus
& bonorum,peto me poni in poſſeſſione ex Carboniano edicto
& quæſtionē ſtatus differri in tp̄s pubertatis. ita format Roff. Vel
ut puto erit melius ut non petatur præciſe , ut qō ſtatus differatur
in tempus pubertatis:ſed ꝙ prætor cognoſcat & pronuntiet diffe
rendam,uel non,prout utilius eſſe pupillo iudici uidebitur.hoc au
tem probatur per ea quæ.ĵ.dicā.Op.dicitur hic,ꝙ duæ ſunt cauſæ
cognitionis una ſummaria,alia plenaria. Contra imo prima uidet̄
plenaria.l.ubicunque.§.ĵ.de uen.in poſ.mitten.Sol. ibi eſt plenaria,
non ideo,quia fit immiſſio,ſed ideo quia uenit examinādū,an quę
ſtio ſtatus ſit differenda,uel non in tēpus pubertatis , unde hic tex.
2 iſtum declarat.¶ † Quæro,quomodo mater admittitur ad teſtificā
dum pro pupillo:ꝯ.l.parentes. C. de teſti. Sol. Speciale eſt in cauſa
ſtatus.,& in cauſis pertinentibus ad cauſam ſtatus. l. ſi arbiter. §.fi.
aliàs eſt in l.imperatores.ŝ.de probat.Item dicitur hic, ꝙ tutores,
3 &c.Contra in l.fi.ŝ.de teſtibus † ubi tutores qui agunt cauſam , nō
poſſunt eſſe teſtes in eadē cauſa.Sol. Poſſumus dicere , ꝙ loquitur
de alijs tutoribus,quā qui agant cauſam ſtatus. Vel dic ſpeciale eſt
in cauſa ſtatus & in cauſis pertinentib.ad cauſam ſtatus. Sed prima
opinio plus placet.Item quæro,quomodo iudex dēt hic inueſtiga
re a tutoribus,& a matre nō ne hoc eſt ꝯ pupillum? Si.n. formatur
libellus,ut dicit Roffr.ꝙ petatur q.ſtatus differri,quomodo admit
teretur ꝯ pupillum eorum teſtimonium. contra. l. lege Iulia.ŝ.de
teſtib. Dic ꝙ forte petet aduerſarius quæſtionē differri in tempus
pubertatis,non tutor,uel mater.Hoc nō pōt eſſe uerū:quia qui cau
ſam ſtatus infert,non poteſt petere,ut differatur,ſed ille, cui infer-
tur,ut ĵ.eadem.l.§.diuus.quid dicemus? Reſpon. putarē libellum
non eſſe formandum,ut tutor petat in libello præciſe, cauſam ſta-
tus differri:ſed petat cognoſci,an debeat differri cauſa ſtatus, & pe
tat pronuntiari quod eſt utilius pupillo,ut.ŝ.dixi.Pro hoc facit hic
textus in fine uer.diuus.ibi , tutores eorū iudicio experiri uolunt,
& ſic non petunt dari dilationem , ſed de hoc cognoſci. Vel ſi uis
dicere,quod petat differri præciſe , dic ꝙ iudex non debebat dare,
niſi inquiſitione facta prout hoc.§.dicitur.Non obſtat textus, qui
dicit , tutores experiri uolunt : quia ibi loquitur de alijs tutoribus,
hic de his qui cauſam agunt.Sed præcedens opinio proxime dicta
plus placet.¶ In tex.ibi,inſinuare,&c.Et ſic nō perirent probatio-
nes,ut in auth.de teſtibus. §.& hic uero quia multoties, poſita.C.
de teſtib.auth. ſed & ſi quis. Dicit gl.ꝙ iſtæ rationes poſitæ in tex.
non ſint hodie ſufficientes.uidete,ſi pupillus † poſſidet,iſta gl.dicit
ueritatē, quia reo ad probandas ſuas rationes datur beneficium, ut
poſſit producere,& petere examinari,& publicari ad æternam rei
memoriam,ut præallegatis iuribus,& hac gl.& l.ultima. C. de uſu.
pup.Si uero petit & non poſſidet,& ſic ſuſtinet partes actoris, tūc
nō habet beneficium,ut poſſet petere examinari & publicari , ſed
pōt petere examinari tm̄,non publicari,cū timet de morte teſtiū,
uel eorum abſentia diuturna,ut in c. quoniā frequēter.extra. ut in
lite non conte.& hoc,ſi poteſt incontinenti agere : ſecus ſi non p̄t
agere incontinenti,ut quia hēt ius agendi cōditionale , tunc poteſt
petere examinari & publicari ad æternā rei memoriā.l. in l.Aqui-
lia ſi deletū.& ibi plene ſolet dici.ŝ. ad l.Aquiliā. Vlterius quæro,
quomodo pōt dici,qd' propter temporis interuallum non habeāt
eandem fidem? Dicit gl. ꝙ contingit duobus modis. Vno modo:
quia efficiuntur infames de iure,uel de facto,& ſic non habetur tā
ta fides:quia inſpicitur tempus redditi teſtimonij.l.iij.ŝ. de teſtib.
5 ¶ Circa hanc quæſtionem † quæro , utrum [a] infamis de facto re-
a pellatur a ferendo teſtimonio? & uidetur tex.ꝙ ſic, in l.Caſſius.ŝ.
de ſena.ſed gl.hic non dicit ꝙ repellatur , ſed minor fides adhibe-
tur,& uerum dicit iſta gl. quia minus creditur , & tunc in ſubſidiū
creditur ei,& tunc cū tormentis,ut in auth.de teſti.§.ſi uero igno
ti.& ſupra de teſtibus.l.ſerui.& l.ob carmen. §.pen. Non obſtat.l.
Caſſius.quia infames de facto repelluntur a dignitate , non a teſti-
6 monio,¶ Sed quæro,quo † tempore dēt inſpici fides , & conditio
teſtis,an tempore quo negotium geritur , uel tempore quo reddi-
tur teſtimonium? Dic quod tempore quo teſtimonium redditur,
ut hic in tex.& in gl.In contrarium uidetur tex. ŝ. de teſtibus. l.ad
teſtium.§.j.& l.j.C.de teſtamentis.& ibi notatur.Gl. uolens ſolue-
re iſtud contrarium : in legibus contrarijs uidetur dicere quod in-
telligatur de teſtibus , qui in iudicio non habent neceſſe aſſiſtere:
quia ſunt ſcripti in inſtrumento publico , uel aliàs non eſt neceſſe
ꝙ de nouo deponant.ita no. in l.j. C. de teſtam. Licet hoc ſit ſatis
probabile:tm̄ dic.Quandoque teſtis mutat conditionem ſui culpa,
ut quia propter delictum efficitur infamis,& tunc habet locū hæc
gl.quod inſpicitur tempus redditi teſtimonij . Quandoque mutat
conditionem abſque ſui culpa, ut quia credebat ſe liberum tempo
re teſtamenti,poſtea detegitur ſeruus, & tunc inſpicitur conditio
teſtis tempore quo negotium geritur , ita loquitur. l.j. C.de teſta.
Ita tenet Azo in ſumma.de teſta.ordi.circa finem.quod tene men
7 ti.Sed † ſi teſtis tempore iuramenti erat bonæ conditionis,& tem
pore redditi teſtimonij erat infamis,quod tempus inſpicitur? Dixi
8 in l.damni.§.Sabini.ĵ.de damno infecto.¶ Secundam † ſolutionē
dat gl.ꝙ pōt hic contingere, ſ.ꝙ teſti non adhibeatur tanta fides ,p
pter temporis prolixitatem:quia non ita creditur teſti de facto lon
ginquo,ſicut propinquo.Pro iſta opi.facit in auth. hæc cōſt. inno
uat conſt.Facit quod no.in l.cenſus.ĵ.de proba. & hoc uidetur te
nere Spe.in ti.de poſiti.§.Sexto.uer. ſed nūquid. quod intelligitur
9 ut no.per gl.de uerb.ſig.l.notionem.§.inſtrumentorum. Et † præ
dicta faciūt,quòd qn̄ eſt negotium,quod de facili poteſt tradi obli-
uioni

ADDITIO.

a Alex. ¶ Vtrum.Vtrum infamis repellatur a teſtimonio, uide Bald,in c.primo an remo.debe.teſtes,qui pares eſſe deſierunt.& Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma trinitate.Adde tamen quod ſemper facit ſaltem indiciū,ut notat Bar.ī l.maritus,ĵ.de quæſtio.& uide no.in c. præterea.de teſti.cogen. & quod ibi per Imo.ibi alias non eſt neceſſe,quòd de nouo deponāt.Adde Bal.in c.j.an remo. de teſtib.qui pares eſſe deſierūt.& Bar.in l.j.§.ſi ſeruus.De quæſtio.& Bal. poſt Bar.& alios in l.j.de teſtibus.

BUAH

nioni,iſta cauſa eſt,ꝙ teſtes, examinentur ad æternam rei memoriam,ne obliuiſcant:hoc tangit gl.& bene in c.qm̃ frequenter. ex.
10 ut lite non ↄte.¶ † Quæro, qualiter pronuntiabit iudex ſuper iſto edicto,cũ ſimul & ſemel petat Carboniana poſſeſſio,& ut qõ differatur in tp̃s pubertatis,uel differẽda cognoſcatur,& una eſt ſummaria & alia plenaria,quomodo una ſnĩa determinent? Rñ. Illud quod hic dicitur de ſummaria cognitione,dẽt intelligi quantũ ad informationẽ iudicis per p̃ſumptionẽ ſolã , in alia dr̄ cognitio plenaria quantum ad informationẽ iudicis per ueritatem.Sed utraq; uno reſpectu põt dici ſummaria : quia in utraq; breues dabuntur dilationes,& ideo utraq; dr̄ ſummaria.ut dr̄ in c.ſępe.extra de uer. ſig.in Cle.& ideo ambo iſta capitula poterunt una ſnĩa determinari,uel ſuper una pronuntiabitur,& ſuper alia quæ requirit plenam cognitionẽ,reſeruabitur.l.ille a quo.§.ſi teſtõ.ſ̃.ad Treb.cum ſint diuerſa capitula, ergo ſuper una poteſt pronuntiari , ſuper alia reſeruari.l.etiam §.j.ſupra de minor.quod dici conſueuit.C.ſi aduer. rem iudi.l.ij.tene menti iſta.

1 *Accuſata de adulterio,& abſoluta non poteſt ab eodem,ſeu alio ſuper eodem accuſari,ab alio,& de alio ſic.*

§.Si mater. Op.quod matris abſolutio proſit partui.l.denũtiaſſe.§.quæritur.j̃.de adul.Glo.non ſoluit. Sed hic,illud eſt uerũ, qñ de eodẽ facto ageretur ↄ̃ filiũ de quo mater eſt abſoluta:hic uero de alio facto agitur ↄ̃ filiũ.Vel aliter,quod ibi dr̄,eſt ſpeciale in adulterio propter ſequens matrimonium,cui leges multum fauent:aliàs ſecus.Hanc opinionem tenent doctores, & Cy.refert.C.ad legem Corne.de falſis.l.j.in ſecunda quæſtione.
1 ¶ † Quærit gl.utrum mater quę ſemel obtinuit,poſſit iterum accuſari de adulterio.Dicit gl.quod ſic,non tñ de facili.l.ſi cui.§. iiſdẽ. j̃.de accuſatio.Quod intellige de eodem crimine, ab eodem,uel de alio,& ab eo,qui in primo fuit calumniatus:alias nihil repugnat quod non poſſet accuſari.

§.Si is,qui. Opp.dicitur hic ſ̃m diuerſas literas, una enim negat,alia non negat.Sol.utraq; ſuſtinetur, una nõ negat,& iſta eſt plana. Alia enim negat eum,& tunc dic, negat eũ, ſ.ſolum:ſed non negat eũ.ſ.filium cum alio. Item hic innuit, ꝙ nõ habet locum Carbonianum,niſi quando eſt contẽtio de bonis paternis.Contra.j̃.eo.l.de bonis.in prin.Dic,ut in gl.

§.Ibidem. Op.quod per iſtud qualequale præiudicium qđ pupillo poſſet fieri in cauſa ſtatus ex perſona alterius non debeat differri quæſtio,ut.ſ̃.eo.l.j.§.fi. & j̃.eo. l. Titia. Solue ꝙ iſte conſors erat minor 25 annis, unde de facili poſſet lædi : ſed in ↄ̃rijs erat maior ille qui habet cauſam præiudicialem ad iſtam.Ita no.j̃.eo.l.ſi impubes.§. ſi mater.& dixi ſupra eo. l.j.§.fin.

§.Parui refert. Op.j̃.ea.l.§.miſſum.Sol.dicit glo.hæc debet intelligi ſ̃m illã, qñ pupillus agit poſſeſſorio,non petitorio.Tu dic,quod hoc poteſt intelligi etiam qñ agit petitorio,ut ibi dicam incontinenti.

1 *Dictio,&, eſt implicatiua.*

§.Si duo. Gl.ponit hic caſum. Ad petitionem impuberis inferentis ↄtrouerſiã ſtatus,non dẽt in tp̃s pubertatis differri,ſed ad petitionem impuberis patientis h.d.No.tex.ibi,nec
1 enim patit.No.† de ſignificatione huius copulæ, & quæ implicat. Nam ſi dico,& me,uideor implicare,quod non eſt ſolum te.

§.Si quis liber. Gl.ponit caſum.no.hic, quod ſiue principalr̃ , ſiue incidenter ueniat examinanda qõ ſtatus,debet differri in tp̃s pubertatis, non ſolũ quæſtio ſtatus, ſed ea ẽt,in quã incidit,ſi ſine hoc incidenti , qõ ſtatus non põt terminari.¶ Op.j̃.ea.l.§.miſſum.Sol.dicit gl.hic pupillus cõueniebat ibi agebat tantum. Vel aliter,ut dicã in d.§.miſſum. Item cõtra. C. de ordi.iudi.l.j.Solue ut ibi.& dicam ſtatim in d.§.miſſum.

1 *Miſſio in poſſeßionẽ ex Carboniano qualis ſit, & an fiat in noĩb. debitorũ.*
2 *Exceptio de iure tertij opponitur, qñ eſt in totũ excluſiua iuris agentis.*

§.Cum extaret. Et ſi propter debita particularia q. ſtatus infertur impuberi, differtur in tp̃s
1 pubertatis.h.d.No.quod dixi in caſu.Quæro, † quid operabit hoc Carbonianum edictum.Dicit gl.ut fiat miſſio:ſed qualis miſſio p̃t fieri põt ne fieri in nomina debitorũ?Nos poſſumus rñdere, p̃o ut rñdet gl.in l.a diuo.§.ſi ſuper rebus.j̃.de re iud.& l. j. C. de p̃to. ſtip.Sed melius diceret,quod hic hẽt locũ Carbonianum edictum hoc modo,ꝙ huic pupillo ſatiſdanti ſoluatur , prout dicam plene j̃.eo.l.pe.Itẽ hẽt locũ quo ad aliud,ut qõ ſtatus differatur . Itẽ no.
2 † ꝙ hic põt opponi de iure tertij : & hoc ideo, qa ius tertij eſt totaliter excluſiuum iuris agentis.quod dic ut dixi plene.j̃. de exce.rei iud.l. ij.& Cy.dicit in l.cum ſeruum.C.de ſer.fugi.

1 *Poßidens poteſt petere ſibi poſſeßionem confirmari,& in ea tueri.*
*Poſſeſſorio agens petit ſe mitti in poſſeßionem,& poſitus in ea ſe tueri.*
2 *Pupillus ſiue agat,ſiue conueniatur,quando habeat Carbonianum.*
3 *Qualiter cognoſcatur,an quis agat, ut bonorum poſſeſſor Carbonia.an directam intentet.*
4 *Carboniana,an differatĩ ſi mouetĩ cõtrouerſia de ſtatu defunctĩ nõ ipſiꝰ filij.*
*Poſſeſſor non conſtituitur quis ex ſolo iuſſu de mittendo.*
5 *Actione in factum ex Carbonia.edicto agit quis,ut conſtituatur poſſeſſor.*
6 *In iſta actione in factum ueniunt corporalia, & incorporalia quandoque.*

§.Miſſum. Hic eſt optimus. §. & breuiter. h.d.Miſſum in poſſeſſionẽ ex hoc edicto p̃tor tuetur : non tñ miſſus ex Carboniano poſſeſſor põt hæreditatem, uel res ſingulas uendicare,niſi uelit de filiatione plene docere.h.d.¶ Hic innuitur, qđ miſſus in poſſeſſionẽ ex Carboniano nõ poſſidet, niſi interponatur ſ̃m decretũ ex quo poſſeſſor efficiat. Contra. ſ̃.e.l.j.in prin. & j̃.eo.l.pe.& ſ̃.de inof. teſta.l.qui de inofficioſo. Dicit gl. hic dẽt intelligi poſſeſſorem ↄſtituere,hoc eſt miſſum in poſſeſſionẽ tueri non ꝙ de nouo det poſſeſſionem,& eſt ſatis bona, & tene menti.
1 Ex qua † habes,ꝙ ſicut peto me mitti in poſſeſſionem,ſi non poſ-
a ſideo poſſum petere [a] mihi poſſeſſionẽ ↄfirmari , & in ea tueri.Et pro hoc eſt caſus ſ̃m uerã lec.C.eo.l.j.& ibi Cy.& Odof. Et ꝓ hoc quod habuiſtis.ſ̃.de ↄ̃ta.l.iij.§.ſi ſub ea.& j̃.ti. j. l.ij.§ ſi ſub ↄdõne. Et pro hoc.ſ̃.qđ me.cau.l.fi.¶ Item tene menti ad aliud,ꝙ qui agit poſſeſſorio,petit ſe mitti in poſſeſſionem , & poſitus in ea petit ſe tueri,ut hac gl.& j̃.ne uis fiat ei.l.j.§.j.& l.ſi quis miſſus.& ſic habetis unã lec.Contra hanc lec. op. quia non eſt uerũ quod ex primo decreto efficiatur poſſeſſor niſi interponatur ſ̃m.l.ū finita.§.Iul. j̃. de dam.infec.& l.iij.in fi.de acqui.poſ.Sol.Ibi qñ poſſeſſio dat alicui ꝑꝑ aduerſarij ↄtumaciã,& iõ expectatur primũ,& ſ̃m decretũ anteq̃ poſſeſſor efficiatur:ſed hic non dat poſſeſſio ꝑꝑ ↄtumaciã aduerſarij, ſed propter fauorẽ petentis, & iõ non expectat primũ & ſ̃m.¶ Itẽ opp.de eo.qđ dr̄ de uentre in poſſeſſionẽ miſſo, qui non poſſidet.l.j.ff.quib.ex cau.in poſ.eat.Sol.aliud in filio,qui mittitur ex Carboniano,aliud in uẽtre.Et eſt ratio,quia tex.in Carboniano edicto dicit,dat poſſeſſio,ut.ſ̃.eo.l.j. ſed tex. in materia de uentre in poſſeſſionem mittẽdo dicit,mittitur in poſſeſſionẽ quæ uerba ſignant ſolũ detentionẽ. Et põt eſſe alia rõ quia poſſeſſio quæ dat uentri eſt minori tp̃e duratura.Itẽ quia dat ꝑꝑ partũ non ipſi partui,ideo non tm̃ ei fauetur.Sed prima non mihi placet,licet ſit perſuaſiua. ¶ Itẽ procedo,dr̄ hic in ſecũdo rñſo miſſum in poſſeſſionẽ ex Carboniano nitit p̃tor in poſſeſſione tueri,&c.Op.qđ ſiue ↄueniat ſiue petat,habeat locũ Carbonianũ,ut.ſ̃.ea.l.§ parui.Gl.dicit, dic ut ibi,& ibi dicit quod agebat poſſeſſorio,non petitorio : Hæc ſol.non placet,quia tex.ibi dicit,ſimplr̃,ſiue agat ſiue ↄueniat, nec
2 dicit qũo,& idẽ.ſ̃.eo.l.j.in prin. Vnde mihi † ur̃ dicendũ ſic.Qñque pupillus agit anteq̃ ſibi ſit mota qõ ſtatus,& anteq̃ ſit petita Carboniana poſſeſſio,& in iſto iudicio opponitur ſibi qõ ſtatus,tunc pupillus omiſſa prima actione põt petere Carbonia.bonorum poſſeſſionẽ ex hoc edicto,& non refert ſiue agebat,ſiue ↄueniebat,& ſi ue agebat petitorio ſiue poſſeſſorio,ut legibus ↄ̃rijs.Qñq; poſt petitã & habitã poſſeſſionem totaliter agit, & ſic poſt mota qõnem pupillus uult agere,tunc hẽt locũ diſtinctio huius.§.¶ Itẽ op.j̃.eo. l.pe.ubi et miſſus ur̃,qđ poſſit agere. Dicit gl.ſol.ut ibi. Br̃ ueritas eſt iſta, hic pupillus agebat ↄ̃ principalẽ aduerſariũ , qui ſe dicebat hæredem,& ideo adhibetur diſtinctio, quæ dr̄ hic:ſed in lege ↄ̃ria agebat ↄ̃ alios debitores hæreditarios, & ideo diſtinguit ut ibi dr̄. Hæc ſol.tangit ibi,& l.j.C.eo.& ibi doc.tangunt.Itẽ op.dr̄ hic,qđ põt opponi iſta exceptio , ne præiudiciũ fiat petitioni hæreditatis mouendæ.Contra.C.de pet.hær.l. fi. Dicunt quidã hanc per illam corrigi,non eſt uera.Sed dic,quod lex ↄ̃ria loquitur in hęrede,ſeu poſſeſſore conuento,hic loquitur in agente,& eſt bona ſol. quam tenet gl.in l.in bonæ fidei.ſ̃.de petitio.hære.uel aliter, ibi loquitur qñ erat contentio inter eum,qui ſe hæredem dicebat,& alios legatarios,uel creditores,ſed hic erat contentio inter eos,qui ſe hæredes adinuicem dicebant,& eſt bona, & probatur in l.nõ diſtinguemus.§ ſi quis.ſ̃.de arbi.dixi plene.j̃.de exce. l. ſi poſt litẽ. ¶ Itẽ op.
3 C.de ordi.iu.l.j.Solue ut ibi.¶ † Quæro q̄ eſt dr̄ia, utrũ agat ut bonorũ poſſeſſor Carbonianus:an intentet directas actiones,& qũo cognoſcam?Dicit gl.qñ aget ut bonorũ poſſeſſor Carbo.aget iſto modo,quia ſicut in alijs bon. poſ. decreta ſibi bon.poſſeſſione , ei competit bonorũ poſſeſſoria hæreditatis petitio.l.j.& ij. ſ̃.de poſ. hæred.pet.& habuiſtis de bon.poſſeſ.l.iij.§.bonorum.ita impubes, decreta bono.poſſeſſione Carbo. uolebat agere ut hæres , & hoc probat ſolum , quia erat de mente Carb. poſ.& credebat quòd illa cognitio ſummaria,quæ inducebat pręſumptionem ſufficientem ad Carb.poſſeſſio.ſupra ea.l.§.cauſæ.ſufficeret in hac bonorũ poſſeſſoria hęredi.pet.quod nõ poteſt,ut hic.Sed ſi uult agere directo ut diſcutiatur utrum ſit inter liberos uel non,hoc poteſt : & ita habetis intellectum huius.§.¶ † Quæro,quid ſi mouetur controuerſia de

ADDITIO.

a Ale. ¶ Petere.Si poſſideo poſſum tamen petere poſſeſſionem confirmari.Adde Bar.in l.de pupillo.§.qui opus per gl.ibi de oper.no.nun.per Mod.in §.quadrupli.Inſti.de act.& Bar.& Bal.in d.l.j.ubi Ale.Dec.& alij. C.eo. & uide Bar. in l.non tantum.§.ſi ſub ea.ſ̃.de contratab.& Bal.in l.j C.eo. qui ſe limitat in l. j.C.de edic.diui Adri.tollen.

BUAH

ſia de ipſius defuncti ſtatu, nō ipſius filij, an dēt differri per Carbonianum. Vr ꝙ ſic. ſ. eo. l. j. §. ſed & ſi quis. In ꝯrium vr. C. de pe. hæ. l. liber. Sol. Ibi propter qōnem ſtatus defuncti uertitur in dubium ſtatus filij, ut quia defunctus dicatur ſeruus, & ſic filius non poteſt eſſe liber, & tunc differtur, ut d. l. j. §. ſed & ſi quis. ſ. eo. Sed ſi ꝑpter qōnem ſtatus ipſius filij, ut quia fuit inſtitutus hæres ab extraneo, & tunc non differtur d. l. liberti. Alij legunt hunc. §. alio modo, dicentes quod in principio fuit miſſus in poſſeſſionem ſolo uerbo, quem prętor ſtudet conſtituere poſſeſſorem re ipſa, ita dn̄t ipſi, ut ceſſent ꝯria prędicta. Et poteſt eſſe in ſe ſatis bona, ut exponamus miſſum, id eſt, mitti iuſſum, quia ex ſolo iuſſu non conſtituitur qs poſſeſſor. l. non eſt de pig. actio. & l. cum hrdes. ſ. de acq. poſ. ¶ Sed
5 tunc quæro, † qua actione petatur qđ quis conſtituatur poſſeſſor? Dicit gl. actione in factum. quæ deſcendit ex quolibet edicto prætoris. l. pe. §. cum prætor. j. ne uis fiat ei. Iſtud vr mirum, cum bon. poſſeſſio petatur officio iudicis. l. iij. §. ſi cauſa. ſ. de bo. poſ. Dicunt quidam, quod iſta quæſtio gl. referatur ſolum ad caſum. ſ. prox. qn̄ quis ſolum eſt mitti iuſſus, tunc petitur actione in factum, ut iſte iuſſus executioni mandetur. Sed licet hoc poſſet fieri, tn̄ tutius eſt, ꝙ fiat miſſio manu militari. l. ſi quis miſſus. j. ne uis fiat ei. Quare dic ꝙ iſta quæſtio referatur ad totum. §. & totum ti. & tunc dicit, qđ cogatur actione in factum. Non obſtat quod no. in l. iij. §. ſi cauſa, quia illud in bonorum poſſeſſio. quæ tribuunt ius, per quas nullum aduerſario fit præiudicium, nec requiritur quod citatio fiat, ut ibi dixi: ſed hic loquitur in poſſeſſione quæ eſt facti, & hēt certū aduerſariū, & requiritur cognitio, prout dixi. ſ. eadē. l. §. cauſæ. &
6 §. duæ. & ideo actione in factū nō iudicis officio explicat. ¶ † Quæro qn̄ hæc actio in factum intentatur quid ueniat in ea? Dicit gl. ꝙ corporalia tm̄. alleg. l. ij. j. quorum bonorum, uel melius etiam incorporalia ueniunt qſiq; ut ſi agitur contra aliquē debitorem, ut habuiſtis. ſ. proxi. §. & ſic iſta poſſeſſio habet aliquid ultra quam interdictum, quorum bonorum.

§. Hæc autem. Et per hoc oportebit petere filiū bonorum poſ. ordinariā. ꝯ. j. eo. l. ſi impubes. §. fi. Gl. ſoluit cogebatur, ſi uellet intentare actionem, alias ſecus. & ideo dicit gl. hic in uerbo. ordinariam. ideo dicit, oportebit, ſ. in futurum, ſi uellet intentare actionem: ſed nunc in Carbo. non oportet. & idē no. C. eo. l. j. in fi. ult. gl. & eſt ſatis bona, ut dicam. j. eo. l. ſi impubes. in fi. & tangam. j. l. proxi. Vel dic, ꝙ iſte tex. uult dicere ꝙ ſi pupillus non poſſidet hereditatem paternam, ad hoc ut perueniat ad bonorum poſ. Carbo. hēt primo intentare bonorū poſſeſſionem ordinariam ut ſic aduerſarij moueant qōnem ſtatus, ut ſic mota quæſtione ſtatus proueniat ad bonorum poſſeſſionem Carbonianam, ad quam nō poteſt perueniri, niſi primo moueatur qō ſtatus, ut. ſ. proxi. §. dixi. ſ. ea. l. ſi duo. & ita poteſt intelligi hic.

LEX IIII.

Ideo. Dr̄ hic, ex prima parte edicti, quæro, quæ eſt prima pars edicti. Dicunt quidam, ꝯta. quæ præcedit ſm̄ tab. Nō eſt uerū: quare dic, prima parte edicti uocat bo. poſ. ordinariā, ſequētem uocat Carbonianā, q eſt extraordinaria. Op. ſ. e. l. iij. §. miſſum ubi actionem non pōt intentare. Dicit gl. ēt intentabit actionē in factum, & ſic aget poſſeſſorio tm̄. Vel dic, utetur omnib. actionib. qn̄ erit pubes, & liquebit eū hæredem eſſe. Tu dic, ꝙ miſſus ex Carboniana, actionem ꝯ principale aduerſarium non pōt intentare, niſi ſm̄ diſtinctionem quam uidiſtis in d. §. miſſum. ſed ꝯ alios debitores poteſt intentare ſm̄ diſtinctionē, quā dicā. j. eo. l. pe. Opp. ſ. eo. l. iij. §. pe. ubi dr̄ ꝙ ut poſſit actionem intentare, oportet petere bo. poſ. ordinariā: ſed hic non poſſet petere ordinariā, quia eſt excluſus ab ea, ut hic dicitur, igitur actionem intentare nunq̄ poterit. Poſſumus dicere, ꝙ licet ſit excluſus a poſſeſſione ordinaria tenebat tñ ius adeundi de iure ciuili, ideo actionē intentabat, & hoc patet ex gl. q̄ dicit, ꝙ liquebat eū hæredem, non dicit bo. poſ. Vel dicamus, ꝙ agnoſcet bo. poſ. omiſſam per reſtitutionē in integrū l. j. C. ſi ut omiſ. hær. uel bon. poſ. Vel poſſum dicere, ꝙ in d. §. pen. debeamus legere aliter quàm gl. ibi dicat, quaſi illa lec. ſit cōtra iſtū tex. & legamus alio modo, ut ibi dixi.

LEX V.

Sed & ſi is. Hic incipit exponere tertium caput edicti de ſatiſdatione.

1 *Supplicium matris differtur propter partum, item in matre lactante puerum, donec nutrix reperiatur*

1 §. An autem. Iſte. § facit in ar. † ad q. uos habetis ī l. ꝑgnatis. de pœnis. & ſ. de ſta. homi. l. Imperator, ꝙ ſupplicīū matris differtur pp partū: quæro quid de matre lactāte puerum cum alia nutrix non reperitur, certe eadē eſt ratio, ꝙ do-
a nec non reperitur alia ſupplicium[a] differatur, per hunc tex. & ſic dicunt doc. maxime Old.

ADDITIO.

a ✠ Supplicium. Fac q̄ habentur in l. ij. §. ſi non propter ubi Doc. ff. ſi quis cau.

LEX VI.

1 *Carb. edict. quare non habet locum in bonis maternis.*
2 *Carboniano edicto an quæſtio ſtatus differatur.*

1 De bonis. Quæro, † quæ eſt ratio quòd in bonis maternis non hēt locū edictū Carbonianū? Rn̄. quia hoc edictū eſt introductū ad ſimilitudinē edicti de bo. poſ. ꝯta. l. j. §. j. ſ. eo. ſed in teſtamentis fœminarū bo. poſ. ꝯta. non hēt locū. l. illud
2 §. ad teſtamenta. ſ. de ꝯta. ergo. nec Carb. ¶ Itē dr̄. † ꝙ differtur qō ſtatus, ſed an differatur per hoc edictū? Dicit gl. ꝙ non, ſed ex ꝯſtōne, uel interpretatione Iuriſconſultorum, ut hic & ſ. eo. l. iij. §. quauis. Et iō iſto caſu iſta dilatio poſſet prodeſſe in bonis maternis, & haberet uim Carb. ut ſi poſſidet filius & alius ageret ꝯ eum dicēs, eū non filiū, tunc q. differtur, & interim remanet in poſſeſſione, ſicut in Carb. l. iij. §. miſſum. ſ. eo. ¶ Item quęro dr̄ hic, ſi ſit q. ſimul. de bonis paternis, & maternis, & fraternis: quæro, utrū habeat locum miſſio ex hoc edicto, & vr̄ ꝙ ſic, & arg. j. eo. l. ſi impubes. §. ſi pupillus. Contrarium tenet glo. ꝙ miſſio non habet locum niſi in paternis, & ad legem contrariam reſponde ut in gl. quod no.

§. Ita demum. In tex. ibi, explicādum erit. hoc eſt uerū ex hoc edicto, ſed ex conſtitutione quæſtio differtur, ut. ſ. proxime. & in l. iij. §. quamuis ſupra eod. tit. uel hoc expediebat pupillo.

§. Qui pupillo. No. tex. ibi, hæc enim poſ. pro ſatiſdatione cedit. habes hic, ꝙ miſſio in poſſeſſionem habet uim cautionis. Simile in l. ſi finita. §. eleganter. & §. ſeq. infra de dam. infecto.

1 *Alimenta qui debet habere quando debeat habere expenſas ſtudij.*

1 §. Non ſolum. No. tex. ibi ī ſtudio, &c. No. † ꝙ ille qui debet habere alimenta, dēt habere expenſas in ſtudio. ſimile. ſ. ubi pup. edu. deb. l. qui filiū. ꝯrium habuiſtis. ſ. de ali. & cib. leg. l. legatis. Ego rn̄di ibi, aliud cum debentur ex diſpōne teſtoris, aliud cū ex diſpōne legis. Dices tu, quod hic. §. facit ꝯ id, quod dixi. ſ. de colla. bon. l. j. §. nec caſtrenſe. Dixi, ꝙ pater nō tenetur impendere in ſtudio filij. Sed reſpondeo, tex. iſte hoc declarat, ꝙ hic loquitur in ſtudijs neceſſarijs, ſine quibus homo ſm̄ ꝯſuetudinem, & conditionem ſuæ perſonæ, uiuere non poteſt, ut addiſcat grammaticam, & ſimilia, & tunc dicitur impenſa neceſſaria, ut hic: ſed ſecus in ſtudijs, in quibus homines dicuntur militare, & ſine quibus quis poteſt honeſte uiuere ſecundum conditionē ſuæ perſonæ, quo caſu dic ut ibi dixi.

§. Poſt pubertatem. Eſt hic bonus caſus, & ponit optimā practicā, & habes hic quòd de petitore fit reus, ſi uult ſatiſdare ēt poſt pubertatē. Sed qd ſi neuter uult ſatiſdare? Dicit gl. reſpondeo, ex his quæ no. ſ. eo. l. ſed & ſi is. §. quoties. & §. cū aūt. ubi dr̄ ꝙ poſſeſſio debebit dari cuidam curatori bonorum, & apud illū ſequeſtrabitur. Ad ꝙ facit. l. poſtq̄. §. Imperator. ut leg. nomi. caue. Sed in poſſeſſione data curatori bonorū quis ſuſtinebit partes actoris? Reſpō. ille qui ab initio ſuſtinebat antequam daretur Carbonia. bon. poſ. arg. l. ſi oleū. in prin. ſ. de dolo & dixi in l. intereſſe infra de acqui. poſ.

LEX VII.

Si impubes. Circa princi. dr̄, ſimile Carboniano. Dicit gl. quare dicit ſimile Carboniano? & non rn̄det. Tu dic, Carbonianum edictum principalr̄ vr̄ inductum propter liberos legitimos, & naturales, & ideo cum loquitur de filijs adoptiuis, non vr̄ ꝙ proprie hoc edictum habeat locū. Hoc non placet, quia cū hoc edictū ſit inductum ad ſimilitudinem bon. poſ. ꝯtab. ut. ſ. eo. l. j. §. j. & illud in adoptiuis habet locum, ergo & iſtud habebit locum. Sed quare hic dicit ſimile? Reſpon. quia hoc olim proponebatur cum quadam ſolēnitate, quæ hodie ceſſat, & ſic habet locū Carbonianū, ad ſimilitudinem antiquę ſolennitatis, cum qua Carbonianū proponebatur. ut habuiſtis no. ſ. eo. l. ideoq;. & ſ. de uent. inſpi. l. j. edicti. ¶ Itē dr̄ hic, locus erit Carboniano edicto. Cōtra, imo non habebit locum Carbonianum, quia conſtat eū filiū, ut infra. l. proxi. Sol. intellige hic de Carboniano utili, non de directo, ut ibi.

§. Cum vero. Quærit gl. hic ſuper uerb. de iure. quid eſt hoc quod dicit, de iure teſtamenti, & non rn̄det. Sed dico qđ in querela inofficioſi teſtamenti, non fit qō, an ſit filius, ſed an ualeat teſtm̄ uel non, & ſic an excludat a bonis, et ergo quæſtio de bonis tm̄, & non de ſtatu, ideo non debet differri, & ita loquitur hic. §. pone ꝙ filius agens querela negatur filius, quid erit fiendum? Reſpondeo non poterit fieri miſſio in poſ. ex Carbo. ſed ex conſtitutione, qua quæſtio ſtatus differretur, & ſic iſte obtinebit in querela, poſito ꝙ ſit filius, habebit neceſſe petere hæreditatem ab inteſtato, & tunc ſi opponetur ſibi q. ſtatu, habebit locum Carb. ſic debet intelligi hic, & l. qui de inofficioſo ſupra de inoffi. teſta.

§. Si mater. Cōtra ſ. eo. l. j. in fi. Rn̄. hic agebat ꝯ matrē tm̄: ibi uero ꝯ matrē, & filium, ut ibi dixi. Itē op. ſ. eo. l.

BUAH

eo.l.iij.§ idem. Sol. debetis ponere hic matrem eſſe maiorem.25. ann.ſecus ſi ſit minor, ut in contrario, quia eſt uereſimilius maiorem diligentius cauſam defendere, quàm ſi eſſet minor. Item ſecus ſi eſſet mater grauida, ut dixi ibi plene.s̃.eo.l.j.in fi. & uide glo.quæ incipit, imo nunquam, &c.& ipſam ſigna.

§.Quoties. Ad primum dictum op. ꝙ ꝯdicat ſibijpſi, quia dicit, cum interponitur Carb. perinde eſt, ac ſi non eſſet controuerſia ſtatus. Sed tunc ꝯ, quia ſi non eſſet controuerſia, non habet locũ Car. Gl.ſoluit.Itẽ op.qđ ſufficiat ꝙ unus ꝓ parte defendat.l.ſi quis putãs.§.ſi dãni.s̃.cõi diui. dicit gl.hoc ideo, quia perſona defuncti inſpicitur, cum qua eſt ɔtrouerſia.l.apud Iulianũ.ex quib.cau.in poſ.ea.ibi, quaſi cũ eo ɔctũ, &c.& l.j.§.fi.& l.ne in plures.de exerci.& l.ſi cum uno.s̃.ſi ex noxa. cauſa aga.& l.ſi noxali.§.fi.s̃.de pecu.Hæc ſol.nihil ad propoſitũ, quia in actis diuiduis ſufficit quẽlibet hæredẽ defendere ꝓ parte ſua.l. iã tñ. §.pe.j̃.iudi.ſol.Ad hoc facit.l.ij.§.fi.j̃.de pręto.ſtipu.Item facit.l.hęredes.§.an ea.fam.erciſc.ſed leges allegatę in gl. loquũtur in alijs caſibus. Quare dic qđ in caſu noſtro ratio eſt, quia miſſi in poſſeſſionem defendunt tãquã curatores bonorũ, ut.s̃.e.l.ſed & ſi is.§.j.& uidebitis.j̃.eo.l.pe.& ulti. Sed ſicut curatores bonorũ dẽnt inſolidũ defendere.l.ult.de cura.bo. dan.ita & iſti debent inſolidũ defendere.

§.Interdum. Dicitur hic, ꝙ ſi non petijt cõtratab. ſed unde liberi,&c.Gl.op.& ſoluit, tene primam ſolutionem datam in ea.

§.Si pupillus. Vides, hic, qñ fit contentio de bonis libertis & patris ſimul & ſemel, quæſtio ſtatus differtur. Et eſt ratio, quia una cõtentio ſequitur ad aliã.l.j.in prin.

1 *Filius pręteritus, qui tacuit per annum, an faciat reconualeſcere teſtamẽtum de iure prætorio.*

a §.Quæſitum. [a] Hic eſt no.§.& difficilis & de ipſo feci magnũ feſtũ. Ad primũ caſum opp. ſi nõ fuit filius, ergo non debuit dari Carb.ut.s̃.eo.l.iij.§.cauſæ.Sol.Hic fuit modica præſumptio pro eo, ita ꝙ fuit data Carboniana licet in ueritate non fuit filius: ſed tunc qũo dabitur ſm tabu.cũ interim habeatur pro filio propter illã modicã p̃ſumptionẽ, & habet̃ pro filio, ac ſi nulla ɔtrouerſia fuerit, ut.s̃.ea l.§.quoties.& quęſtio ſtatus differt? Rñ.ſm iura hodierna, ſm quæ ſufficit ſola agnitio, eſſet expeditum: quia in Carbo.nõ quærit̃ an ſit filius.l.ult.C.qui admit.ad bo.poſ.ſm tẽpora Digeſtorũ eſt dicẽdũ idẽ, qđ qñ fuit data ſm.tab. nõ fuit quæſitũ, an ille filius eſſet p̃teritus uel nõ, quia nõ fuerat data in forma iudicij.l.iij. §.acquirere.& ibi no.de bon.poſ.& ſic habebit iſtũ effectũ, quia iſte, qui habuit bo.poſ.ſm.tab. aget bo.poſ.hære.peti.poſt tẽpus pubertatis ex uigore illius bo. poſ.habitæ.intra tẽpus pupillaris ætatis. quã bo.poſ.hodie ɔſtat habuiſſe effectũ, cũ cõſtat illum pupillũ in ueritate filiũ non fuiſſe. ¶Venio ad ſm caſum, ſi filius non petit ꝯtab.tũc datur ſm tabu.Cõtra hoc op.ſi filius petit ꝯtab.ergo poſ.Carboni.nõ ꝓderit, quia actionẽ intẽtare non poterit, niſi ordinariã bo.poſ.agnoſcat.l.iij.§.pe.& fi.s̃. e.Sed cum impoſſibile ſit, ꝙ ordinariã agnoſcat.quia excluſus ab ea: ergo &c.cũ cõſtet illũ filiũ, qui eſt excluſus à ꝯtab.nõ poſſe habere bo.poſ.poſito ꝙ quis eũ filiũ ɔfiteatur: ergo Carboniana non debebit dari, ut.j̃.eo.l.cũ ſine.& s̃.de inoff.teſta.l.qui de inoffi.Sol.dic ut.s̃.eo.in l.iõ Nã licet filius ſit excluſus à ꝯtab. tñ põt ad eas reuerti per reſtitutionem in integrũ. Ita ſentit gl.hic in tertio caſu.Nã ſi deficeret oĩs ſpes, deficeret Carbo.¶Venio ad tertiũ caſum, in quo habes, ꝙ fuit præteritus filius ſuus, ideo eũ dicendo nullũ poſſet uenire per unde liberi, & ſtetit anno ꝙ nõ petijt, unde liberi: ex hoc ſcriptus hæres põt petere ſm tab. quia ille præteritus tacendo per annum vr̃ approbare teſtm̃.l.filio præterito. s̃.de iniuſto teſta.& ipſe pupillus põt petere Carbo.ſi eſt intra annũ à tẽpore quo eſt ſibi

1 mota quæſtio ſtatus, ut.s̃.eo.l.iij.in fi.Not.† hic caſum [b] expreſsũ

b ꝯ Vltramontanos, qui dñt ad hoc ut teſtm̃ reconualeſcat de iure prætorio, requiritur approbatio filij.Ego dico, quòd taciturnitas per annũ, vr̃ teſtm̃ confirmare, ut poſſit peti ſm tab.ut hic: qđ tene menti. & hoc not.quia habet locũ ẽt in petitione hæreditatis: qđ eſt ꝯ dicta Vltramontanorum, in l.ij. C.de poſthu.hęre. inſti. dixi in d.l.filio præterito.s̃.de iniuſto teſta.¶Hoc p̃miſſo, ſi filius eſſet excluſus, ſequitur qđ ſi quis confitetur eũ filiũ, cũ ad ſucceſſionẽ uenire non poſſet ſibi nõ debet dari Car.ut.j̃.eo.l. cũ ſine. Rñ. põt uenire ad ſucceſſionem per reſtitutionẽ in integrum. Et hoc dicit hæc gl.ibi, licet filius poſſet reſtitui.Ex quo ſequitur qđ maior qui non poſſet reſtitui, tacendo, vr̃ teſtm̃ approbare taliter, ꝙ poſt nõ poſſet dicere nullũ: quod tene menti.¶Op.ꝙ ex teſtõ, qđ eſt nullũ, nõ poſſit adiri hæreditas, nec bo.poſſ.ſm tab.peti, ut.j̃.tit.j.l.hi demum.& s̃.de bon.poſ.l.nõ eſt.§.ubicunq;. Sol.Hic filius non dixit nullũ: ſecus ſi dixiſſet.¶Itẽ dr̃ hic, qđ habet locũ.Carb.poſ.ſm tab. ꝯ Carb.dat̃ ad ſimilitudinẽ bo.poſ.ꝯtab, ut.l.j.§.j.s̃.eo.ſed ꝯtab.& ſm.tab.nõ concurrunt.j̃.ti.j.l.ij.§.expectãdi.Gl.ſol.Tu dic clarius, Carb.bo.poſ. eſt inducta ad ſimilitudinẽ bon. poſ.ꝯtab. hoc eſt ut illis cõperat Carb. quibus competeret ꝯtab. ſi eſſent præteriti: ſed benè poſſunt reperiri caſus, in quibus competeret Carb.bon.poſ. non tamen competeret contratab. & ita hic. Item eſt differentia inter Carb.& contratab.quia una tribuit ius, alia non.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Quæſitum. Declara ut per Bal. in l.fi. in uer. ſed hic quæritur in bono. poſſ.q̃ tribuit.C.unde legi. ✠ Alex. in l.j.nu.11. C.quando non pet.par.

b Alex. ¶ Caſum. An ad hoc ut teſtamẽtum reconualeſcat de iure prætorio, requiratur approbatio filii, expreſſe Bal. in hoc tenet cõtrarium in l.fi.C.unde legi, & in l.ii.de contratabu. & in l.i.C.de ſuis & legiti. uidelicet quod ius dicendi nullum non tollatur anno, & omnes cõmuniter contra Bar.in d.l. filio p̃terito.

LEX VIII.

Deceſsit. No.hic quãdo conſtat aliquem eſſe inter liberos dubitatur tamen de aliqua qualitate, ſ.an ſit in poteſtate uel non, tunc habet locum Carbonia.poſſeſſio ex ſententia non ex uerbis.

LEX X.

Cum mulier. Dicitur hic, ꝙ uentri dat̃ bo.poſ.ex Carb. Contra.s̃.de uen.in poſ.mit. l.j.in princ. Sol.expone, ex Carb.id eſt, ex edicto de uẽ.ĩ poſ.mit.Itẽ dr̃ in uerſ.ne aut.ꝙ mater nõ aufert pupillo ius ordinariũ.Cõtra, imo ẽt nec extraordinariũ aufert, ut.s̃.e.l.j.§.fi.& l.iij.§.pe.s̃.de iureiur.Solu.Cõcedo qđ pupillo non aufertur nec ordinariũ, nec extraordinariũ: ſed matri bene præiudicat, quando petit ſe mitti in poſſeſſionẽ nomine uẽtris licet ꝯ not s̃.de uent.in poſſeſ.mit.l.j.§.ſi cui.dic ut ibi.

LEX XI.

a Cum ſine. [a] Dr̃ hic, ꝙ exhæredatus non habet Carb. quia ſi aliquis confiteretur eum filium, non admitteretur. Contra s̃.eo.l.ſi impubes.in fi.ubi conſtat quẽ eſſe excluſum ab illo iure, & ſic ſi aliquis confiteretur eum filium, non admitteretur, & tñ habet Carbo.Sol.Ibi.poteſt admitti per reſtitutionem in integrum, & ſic de iure prætorio. Nam per Carb. prætor.ſibi ſubuenit: ſed hic non põt admitti, niſi per querelã, & ſic de iure ciuili.unde prętor nõ ſubuenit ſibi, niſi prius intentata querela.¶Vltimo hic nota, ꝙ intereſt mea pronuntiari me fratrem propter hęreditatem fratris, & ſic no.ad id quod dixi de actionibus. pręiudicialibus, quia poſſum me petere pronuntiari fratrem, ut dixi.s̃.de uent.in poſ.mit.l. ubicunque.§.j.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Cum ſine. Limita ut per Bal.in l.j.C.eo.

LEX XII.

Scriptus. Nota caſum, in quo hereditas non adita trãſmittitur: quod dic plenè in l.ventre.de acqui. hæred.

LEX XIII.

Titia. Dic plenè de materia huius legis, ut s̃.eo. l.j.in fin.

LEX XIIII.

Quæritur. Quæro quid in poſſeſsionibus uacantibus? Puto, ꝙ debeat interim mitti in poſſeſsionẽ, ſi paratus eſt ſatiſdare, ut ſic poſſeſſoris partibus fungeretur, ut s̃.cod. l.de bonis.§.fin.

LEX XV.

1 *Miſſus ex Carboniano, an poſsit agere.*

Sed ſicuti. Opp.quod miſſus ex Carb. non poſsit res uendicare, vt s̃.eo.l.iij.§.miſſum. Dicit gl.quod ibi agebat ꝯ principalem aduerſarium: hic ꝯ alios debitores, & eſt bona, & ipſam approbant doc.in l.aditæ.in 3.op. C.de ordi.iud. Vel dicit gl.hic ſatiſdedit, ideo agit contra particulares poſſeſſores, tanquam curator datus bonis, & eſt vera, & iſtam opinio.tenet Cy. C.

1 eo.l.j.de hoc† an miſſus ex Carbo.poſsit agere, habetis in l.j.in prin. s̃.eo.& l.iij.§.miſſum.& l.ideo. & C.de ordi.iud.l.j.in 6.q. & C.eo. l.j.& s̃.de inofficioſo teſt.l.ꝙ de inofficioſo. ¶Et ideo pro declaratione omnium iſtorum reaſſume. Aut quis incepit agere antequã ſibi ſtatus qõ moueretur, & tunc poſtquam qõ ſtatus incipit ſibi moueri põt omiſſa prima qõne Carb.bo.poſ.petere, & quod differatur qõ ſtatus in tempus pubertatis, non diſtincto, an prius agebat petitorio, vel poſſeſſorio.vt.s̃.eo.l.j.in prin.licet gl. aliter ibi dicat.Ita dẽt intelligi.l.iij.§.pe.s̃.eo.ſm lec.quam dedi ibi aut vult agere poſt petitam bo.poſ.& tunc, aut agit ꝯ principalem aduerſariũ, aut ꝯ alios particulares debitores, vel poſſeſſores. Primo caſu, aut agit poſſeſſorio, & põt, vt.s̃.eo.l.iij.§.miſſum. & d.§.parui.ea.l.ſm lectu.gl. Aut agit petitorio, & tunc, ſi quidem vult agere tanquam Carb.poſſeſſor, vt illa ſummaria probatio, quæ fuit habita in Carb. ſibi ꝓſit in hoc iudicio, & non poteſt, d.l.iij.§.miſſum. Si uerò vult agere directa petitione hæreditatis, & probare ſe filium, tunc põt, d.§.miſſum.Si verò vult agere contra alios debitores, ſeu particulares ſucceſſores, tunc, aut non ſatiſdedit, & non poteſt, vt hic à ꝯrio ſenſu, & l.ſed & ſi is.§.j.s̃.eo. Aut ſatiſdedit, & tunc, aut vult agere tanquam hæres, & non poteſt ne fiat præiudicium petitioni hęreditatis, d.§.miſſum.& l.ſi quis libertatẽ.s̃.de peti. hære. Aut vult agere tanquam curator datus bonis ex vigore ſatiſdationis, & poteſt, ut hic ſecundum unam.lec.d.l.ſed & ſi is.§.j. ij.& iij.s̃.eo.

Titu.

BUAH

## TITVLVS XI.

## De bonorum poſſeſ. ſecundum tabu.

DICTVM eſt De bo.poſſ.ↄtab.'uerũ ꝗa eſt alia bonorũ poſſeſſio quæ uocat̃ ſm tab. quæ non habet locũ donec pŏt intentari ↄtab.ut.ĩ.eo.l.ij.in prin.& §.j.ideo poſt titulũ de bon.poſſ.contrata. ſequitur de bon.poſ.ſm tabu. Quærit gl.quare.in C. primò poſuit de bo.poſ.ſecundum tabu. & hic poſtpoſuit. Dic ut hic in gl.

### LEX PRIMA.

1 *Inſtrumentum publicum poteſt ſcribi in chartis de papiro.*
2 *Inſtrumentum ſcriptum in tabulis de ligno probat.*
3 *Scripturæ antiq; in lapidibus ꝓbant; qñ fuerũt ſcriptæ de partiũ uolũtate.*

a TAbulas. Quæro utrũ ſit dr̃ia, ꝗbus uerbis quis
utat̃? Gl.ꝙ nõ.& bñ.l.hac ↄſultiſſima.
in fi.& l.qm̃.C.de teſta.Itẽ dr̃ hic, ꝙ nõ refert ĩ qua
mã hoc fiat.Quæro ꝗd [a] ſi ſcribat̃ in tabula de ære?
Rñ.ſufficit, ẽt ſi in lapide ſcribat̃.Quæro, quid ſi in
terra ſcribatur? Rñ.ſi ſigillari pŏt ſufficit. ¶Ex hac
1 †l.ex̃ gl.no. ꝙ inſtr̃m publicũ pŏt publicari in chartis de papiro, [b]
b ut hic,dũ dicit,chartas, quia chartæ dñr de papiro,ut.s̃.de le.iij.l.librorũ.& ex̃ de ↄfir.uti.uel inuti.c.cũ dilecta.& in Spe.de ĩſtru.edi.
2 §.poſtremo.uer.itẽ qđ eſt ſcriptũ.Scđò no.ꝙ † ſi ĩ tabulis de ligno
ſcribant̃ inſtr̃a publica, eãdẽ fidẽ portãt,ſicut ſi in chartis ſcriberẽtur,ut hic, dũ dicit, ſiue lignæ ſint.Pro hoc.s̃.cõmo.l.in ↄmodato.
§.ſicut aũt.uer.ergo ſi pupilla.& hoc ibi tãgit̃ ꝑ Guil.de Cug.¶Vltimo ex ꝗõnibus gl.ꝗ dñt, ꝙ pñt ſcribi in terra, uel lapidibus:facit
3 in ar.†ad ꝗõnẽ, ꝙ ſcripturis antiꝗs factis in lapidibus debeat credi:& hoc eſt uerum, ſi fuit ſcriptũ de partiũ uoluntate.Pro hoc eſt tex.& gl.C.de relig.l.monumentorum.in fine.Pro hoc, quod no. in Spec.de proba.§.nunc uidendum uer.ix.

### ADDITIONES.

a Pom. ¶ Quid.Et uide gl.in l.qui tabulas.ff.de furt.& ibi Bar.tex.in c.cum dilecta. de reſcrip. & ibi Abbas.
b Ale. ¶ De papiro. Circa inſtrumentũ publicũ in papiro,facit ad id quod dixi in l.Sẽpronius proculo.de leg.ij.& adde Bar.in l.in cõmodato. §.ſicut.in fi.cõmo.

1 *Teſtamenta duo eodem die confecta ſi producuntur, nec apparet de prioritate uel poſterioritate, cui debeat ſtari.*
2 *Teſtes ſi duo deponant quòd Titius occidit Seium, alij duo ꝙ Sempronius occidit Seiam,an ambo punietur.*

a §.Non autem. [a] Opp.de l.quod dicitur. s̃. de teſta. mili.
ubi ſolus curſus anni irritat tabulas. Solu.Speciale ibi in milite.Item opp.C.de teſta.l. ſancimus. ubi curſus decẽnij mutat teſtm̃. Sol. Ibi fuit curſus decẽnij cũ reuocatiõe facta licet minus ſolẽniter: ſed hic nulla fuit reuocatio. ¶Quærit
1 † gl. [b] quid ſi ꝓducunt̃ duo teſtamẽta eodẽ die ↄfecta, nec apparet
b qđ prius, & qđ poſterius, ꝗrit̃ cui dẽat ſtari? Gl.no.hic plene.& C. de edic.diui Adri.tol.l.fi.& Roſ.ponit quaſi idẽ ſuꝑ hoc ti.in fi.ſed doc. vñr dicere ſic. Si quidẽ illa duo teſtamẽta fuerũt facta ſub una ſigillatione,eſt unũ teſtm̃,& ambo ueniũt ex teſtõ,ut.ĩ.ea.l.§.ſi ꝗs in duobus.& de tab.exhi.l.locũ.§.j.Si aũt ſunt diuerſę ſigillationes nõ tñ apparet,ꝗ prius,& ꝗ poſterius, tũc Azo.& Hug.dñt qđ null⁹ eorum ſit hæres.qđ Dy.tenet. quia eſt dubiũ de uiribus teſtĩ: ergo nõ pŏt adiri hr̃ditas.ut l.ſed & ſi de ſua.s̃.de acq. hære. & hoc pla-
c cet [c] ſed recipit tres limitationes. Primo ſm Iac.Bu. ut ſit uerũ qñ neuter poſſidet,ſed ſi alter poſſidet,ille obtineret.& actor ſuccũberet.Nã actor dẽt probare teſtm̃ ſuũ eſſe factũ poſterius, quo nõ ꝓbãte ſuccũbit.Pro hoc.l.eũ actũ.& qđ ibi no. s̃.de neg.geſt.& l.matrẽ.C.de ꝓba.& l.nõ ſolũ.§.ſed ut ꝓbari.ĩ.de ope.no.nũ. Scđa lĩtatio,ꝙ p̃dicta ſunt uera, qñ inſtituti ſunt paris ↄditionis, ꝗa nullus erat de ueniẽtibus ab inteſtõ. Si.n.in uno eſſent inſtituti extranei,ĩ alio ueniẽtes ab inteſtato, tũc debem⁹ p̃ſumere in dubio ꝓ ueniẽtibus ab inteſtato, ar.s̃.de ↄta.l.ſi duob⁹.§.ſi prius.& l.hac ↄſultiſſima §.ſi ꝗs.C.de teſt.Et ꝓ hoc.l.ulti.in fi. C.de cod.Pro hoc facit ur gẽs rõ,ꝗa ſi neutrũ illorũ teſtõrũ ualeret, ueniẽtes ab inteſtato uenirẽt:vñ ſi uolũt uenire ex teſtõ ſm defuncti uolũtatẽ.tuti⁹ eſt eos admitti ꝓ ↄſeruãda defuncti uolũtate. Tertia lĩtatio eſt,quia p̃dicta ſunt uera in pagano, ꝗ nõ pŏt decedere ꝓ parte teſtatus. & ꝓ parte inteſtatus cũ duobus teſtĩs.l.ſi certarũ. & l.ꝗrebat̃.s̃.de teſt.mili.ſecus ſi eſſet miles,ꝗa poſſet decedere cũ plurib⁹ teſtĩs. ¶Itẽ faciũt ad
2 †q.ſi duo teſtes deponũt qđ Titius occidit Seiũ,alij dñt,ꝙ Sẽproni⁹ occidit Seiũ.Ex p̃dictis pŏt ſolui,ꝙ ſi diuerſificãt ĩ tꝑe, ꝗa duo dñt ꝙ Titius occidit de menſe Aprilis,alij ꝙ Sẽpronius occidit de mẽſe Maij,tũc iſti ſunt ↄrij.l.j.ſm unã lect.C.ꝗ accu.non poſ.& ſic uel neutri ſtabit̃,vel eligent̃ digniores ſm.l. ob carmẽ. §.fi.s̃.de teſti.Si uero nõ diuerſificãt in tꝑe,ſed ſimpl̃r duo dñt,ꝙ Titius occidit Seiũ alij duo dñt ꝙ Sẽpronius occidit Seiũ, tũc cũ poſſibile fuerit,ꝙ ambo ſimul occiderunt Seium,ambo puniẽtur, per ea quæ.s̃.dixi.

### ADDITIONES.

a Barb. ¶ §.Non autẽ,Et de duobus teſtamentis uide Pet. in c.2. de offi. dele.& qđ no.in c.ultima uolũtas.13.q.2.Et inquantũ dicit ꝙ præſumitur pro poſſeſſore, uide Bar.in ſimili in l.ꝗ duos.§.cũ in bello,& in l.ſi inter uirũ. de rebus dub. Mod.in l.illa.de uerb.ob.gl.in c.nulli.12.q.5.gl.in c.duobus. de reſcrip.lib. 6.& ibi Pet.qui tranſit cum Bar.hic, & uide Ludo.Rom. in conſi. 232.
b Ale. ¶ Quærit gl.Vide Bal.Ang.& Imo.in l.eũ ꝗ.in prin.s̃.de acq.hęr.Et de hac q.& ꝗd in duabus ſententijs ↄtrariis, & duabus electionibus eadẽ die factis uide Bal.in l.ij.C.qñ ꝓuoc.Et ꝗd in duobus inſtrumẽtis factis eodẽ die,nec appa ret qđ primo,& quod ſecũdo uide Bal.in l.de rebus. C.de dona.ante nup.& gl. Bar.& Bal.in cõſtit.i.C.in §.ꝗbus. Et ꝗd in duobus inſtrumẽtis procurationis factis eodẽ die in una perſona,uide Bal.in l.falſus.C.de furt. & de q.uide aliꝗd per gl.& doct.in c.duobus,in gl.ĩ.de reſcrip.in 6.Adde de duobus procuratoribus eodem die conſtitutis.✠ Et ad Dicta Bar.hic,uide ipſum Bar.in l.ſi ex pluribus §.j.ff. de ſolu. PVTEVS.
c Poma. ¶ Hoc placet.Vide Fel.in c. 3. de ꝓbatio.ubi enumerat cõmoda poſſeſſionis,uide Barb.cõſi.35.aliàs 3.in 2.uol.& conſi.65.eod.uolu.Rom.conſi.256. in prin.& conſi.159.& cõſi.179.ad fi.tex.in c.cum ad ſedẽ. & ibi Gemi.in prin. de proba.lib.6.Cardi.conſi.145.

1 *Solennitas teſtamenti quando ſufficiat quòd probetur per duos teſtes, & quando requirantur ſeptem.*
2 *Appellatio ꝗ fuit ĩterpoſita ĩ ſcriptis,ſi ẽ deꝑdita,pŏt ꝓbari ꝑ duos teſtes.*
3 *Publicatio teſtiũ qñ fit,ſatis eſt ꝙ iudex dicat dicta eorũ ꝓ apertis habẽda.*

§.Sufficit. Dr̃ hoc ſufficit tabulas extare,& ſi nõ ꝓferantur.
¶Quæro,quõ iudex dabit bo. poſ.ſi nõ ꝓferunt̃ tabulę, quia nõ ſunt apud hæredẽ, uel deſierũt extare? Rñ.ſi loquimur ſm iura hodierna, ſm ꝗ ſufficit ſola agnitio.non eſt dubiũ,ut hic no. & l.ultima. C.ꝗ admit.ad bo.poſ. ſed ſm iura iſta eſt dubiũ. Sed dic eodẽ mõ,quia iſtæ bo.poſ.nõ dantur in forma iudicij.l.iij. §.acquirere.s̃.de bo.poſ. & ſic iudex ſummatim cognito negotio
1 dabit bo.poſſ.¶ Sed ꝗro quid †,ꝓdeſt iſta bo. poſ.cũ ſi agã bo.poſ. hęr.peti.nõ poterit probare ſe inſtitutũ? Dicit gl.C.eo.ti.l.ij.ꝙ ſufficit ꝓbare ipſum inſtitutũ ex teſtõ,& ſeptẽ teſtes interueniſſe,per duos teſtes:ita dñt ꝗdã.Si tñ eſt dubiũ de uolũtate, & ſolẽnitate,ꝗa eſt dubiũ,an teſtõr me ĩſtituit,itẽ an ĩſtituit me ſolẽniter,tũc uolũtas dẽt ꝓbari,& ſolẽnitas ꝑ ſeptẽ teſtes,ut ꝓbat̃ in l. ult.C.de fideic. Si aũt eſt certũ de uolũtate ſed dubiũ de ſolẽnitate,ut ꝗa aduerſari⁹ hr̃s ↄfitet̃,ꝙ talis me hr̃dẽ ſcripſit, ſed dicit nõ ſolẽniter,tũc ſi ꝗdẽ ↄfeſſio hr̃dis fuit certo tꝑe limitata, ut ꝗa dicat ↄfiteor ꝙ talis te inſtituit tali tꝑe,die,ac loco,tũc ſufficit ꝓbari ſolẽnitatẽ ꝑ duos teſtes ita pŏt ĩtelligi gl.C.eo.l.ij.Si ↄfeſſio hr̃dis nõ fuit limitata tꝑe, & loco:ut ꝗa dicit,ↄfiteor ꝙ fuiſti hr̃s ſcriptus,ſed nõ ſolẽniter,tũc non ſufficit, ꝙ ꝓbes de ſolẽnitate, niſi ꝑ ſeptẽ teſtes: nã ſi ꝓbas ꝑ duos, tres uel quatuor teſtes ſolẽnitatẽ interceſſiſſe,nõ ſufficit ꝗa ↄfeſſio hæredis non extenditur ad tẽpus quo ſolennitas interceſſit.¶ Vlte
a rius [a] iſte.§.facit †ad quęſtio. [b] qñ appellatio debet interponi in ſcri
2 ptis,& ſi eſt in ſcriptis interpoſita,& eſt perdita, certè per teſtes ꝓ
b bari poterit,ut hic,& l.teſtium.in fi.C.de teſtib.¶Itẽ dicitur † hic,
3 ſufficit tabulas extare, licet non proferantur. Facit quando iudex pronunciat dicta teſtium habenda pro apertis licet non legat nec
c partibus aperiat, ſufficit. [c] Et hoc puto uerum,ſi partes aliter ſciant dicta teſtium, ut in authen.at qui ſemel.C. de proba. & in ſumma illius tit. per Azo.

### ADDITIONES.

a Poma. ¶ Vlterius. Vide Ang. in l.ſi p̃tor.§. Marcellus. ff. de iudi.Pan.in c.2.ad fi.de ꝓbat.doc.in l.pactũ,quod bona fide.C.de pac.Pau.de Ca.ↄſi.2.Fel.in c.ſicut.de re iudi.& ꝙ in caſibus,in quibus requirit̃ ſcriptura,nõ p̃ſumit̃ ꝓ actu, niſi appareat ſcriptura,ut per Fel.in c.1.per illũ tex.poſt Pan.ibi ut lit.nõ cõteſt.
